



8 011




UNIVERSITE



90





EPICTETI
ENCHIRIDIVM
cum
CERETIS THEBANI TABVLA
Grec. et Lat.
EX
receptione
ABRAHAM BENZELI.
Edidit

DELPHIS BAT. apud Viã Gerardi de Lager. 1683.

Edison's Camera Notes

EPI / 1

144/29

EPICETI ENCHIRIDIUM

UNACUM

CEBETIS THEBANI

TABULA

Græc. & Lat.

Cum notis WOLFII, CASAUBONI, CASELII
& aliorum:

ABRAHAMUS BERKELIUS

textum recensuit, & suas quoque addidit.

Accedit Græca Enchiridii Paraphrasis, lacunis
omnibus, codicis Medicei ope, à JACOBO
GRONOVIO repletis.



DELPHIS BATAVORUM,
Apud Viduam GERARDI DE JAGER,

anno c l o c l xxxiii.

THE
HISTORY OF
THE
CITY OF
NEW YORK
FROM
1609 TO
1789
BY
JOHN B. HOGAN
AND
JOHN H. COOPER
NEW YORK
1965



VIRIS

Amplissimis Gravissimisque,

ADRIANO BOOGAERT,

JC. Toparchæ in Belois & Nattairs. Ante paucos annos ad Collegium Nobil. & Præpot. Deputatorum Hollandiæ Ordinum delegato. Nunc Delphensium Reip. quartum Consuli. Rebus Indiæ Asiaticæ florentissimis potentissimisque Præfecto, atque in suprema aggerum Delflandiæ Curia Assessori;

NICOLAO AB ASSENDELFT,

JC. Reip. Delph. Senatori, & h. t. in Collegio Scabinorum præfidi religiosissimo;

ANTONIO HEINSIO,

JC. Reipub. Delph. Syndico consultissimo. Præpotentium Fœderatæ Belgicæ Ordinum apud Ludovicum XIV. Francorum & Navarræ regem Oratori Excellentissimo;

* 3

DA.


DAVIDI CLINQUANTIO,

Verborum Cœlestium ad Ecclesiam Delphensem
Internuncio fidelissimo facundissimoque,

*Gymnasia & Collegia Literaria, quæ sunt apud
Delphos Batav. Curatoribus, literarum &
literatorum promotoribus ac fautoribus sum-
mis,*

ABRAHAMUS BERKELIUS,

S. P. D.

uod in ipsa hujus libelli fron-
te Vos compellem, Viri in Re-
pub. variis dignitatibus conspi-
cui, quodque Vestris nominibus Epictetum,
servum Hierapolitanum & Cebetem à The-
bis, mea qualicunque cura recensitos, inscri-
bam, rationes è longinquo non sunt accer-
sendæ: nam anni nondum sunt, quod me
ex Tetrarchia Velavica eximius Vester fa-
vor atque inusitata benevolentia in hanc ur-
bem evocaverit, ut Collegio Vestro & Gym-
nasio, in quibus civium aliorumque caris-
sima

D E D I C A T I O.

sima pignora virtutis & eruditionis tyroci-
 nia ponant, præessem. Sed quemadmodum
 gratissima hæc mihi provincia, sic etiam
 mediusfidius laboriosissima accidit, cuique
 ferendæ Socratis patientia & Fabii longani-
 mitas vix sufficiebant: nam in Scholarum
 Vestrarum agellis multum infelicis lolii, ne-
 scio quo fato, quam nimia denati Modera-
 toris remissione, ejusque diutino mörbo
 succreverat, non nisi Herculeo labore ex-
 stirpandi. Animi discipulorum, paucis ex-
 ceptis, intimam meorum sensuum hac de
 re confessionem accipite, nulla pietate, nul-
 la legum reverentia, & nulla eruditione
 erant subacti: eorumque corpora irrepse-
 rant mores pessimi, desidia, contumacia,
 licentia, dedignatio parendi, & interdum
 aperti furores, imo talia, quæ tacere præ-
 stat, quam eloqui. Maxima sollicitudine,
 & quanta potui industria confeci, ut Scho-
 larum agelli sarrirentur, & extirpatis præ-

D E D I C A T I O .

vis offendiculis, vel reducerentur sani mores, vel collapsa disciplina instauraretur. Adeo ut nunc longe alia se offerat rerum facies: prisca disciplina repullulat, reverentia legum & obedientia reflorescunt, atque tristi supercilio præscriptos labores discen-tes non ferunt: imo videre videor brevi affuturum illum diem, quo pietas, quo boni mores, quo eruditio aliaque prætextatæ juventutis ornamenta in Gymnasii Vestri sinum confluxura sint, qua felicitate quid majus, quidve Delphensium Reipub. incolis præstantius inveniri possit, equidem non video, & sic mecum judicabitis, Viri Spectatissimi, qui more majorum disciplinam Scholasticam fartam tectam cupitis, & qui studium literarum fundamentum omnium virtutum, & cyceona illum admirabilem potentemque, cujus haustu bestię in homines transformantur, semper habuistis & habebitis.

Ve-

D E D I C A T I O .

Verum adeo suffenus non sum ; ut mihi uni hoc tribuam : nam virium mearum imbecillitatem , quavis occasione , Prudentissimorum Vestrorum consiliorum tibi-
cine subnixam , atque provida Vestra auctoritate munitam fuisse , summopere mihi gratulor. Pro quibus Vestri favoris documentis , maximas quas possum Vobis habeo agoque grates , non duntaxat eo nomine , quod me insigni hoc munere condecorastis , sed quod etiam à primordiis ejus , nullum erga me Vestrae benevolentiae pignus atque indicium omiseritis. Quae omnia tanta ac talia agnosco , ut curam non levem mihi injiciatis , quo pacto tandem ingrati animi labem à me depellam : verum cum ipsa fortis meae tenuitas hancce meam voluntatem destituat , non video , qua ratione illud nomen sim expuncturus. Offero Vobis Enchiridium hominis inter Ethnicos pientissimi , verum servi,

D E D I C A T I O.

corpore mutilati , & ad mendicitatem usque egeni , non ut sit pro insigni Vestra munificentia aliquod hostimentum , sed signum animi mei in gratiam propensissimi. Chartaceum est munusculum & volumen exiguum , verum non ex mole , quæ parvum cernitis , sed pro rerum , quæ in eo transtantur , dignitate atque excellentia æstimandum. Quemadmodum vulgus & rudior mortalium turba balænas , elephantos & dromedarios attonitis quasi animis admiratur , cum tamen apes , formicæ , araneæ , muscæ & papiliones indefessis rerum creatarum scrutatoribus multo magis sint admirandi suspiciendique , quam prodigiosi isti animalium colossi : ita eruditorum plebeia & ignobilis turba immensa volumina admiratur magis & stupet , quam libellos Laconice elucubratos. Sed vehementer falluntur : nam unicum hoc Enchiridium plus moribus hominum formandis valet,

D E D I C A T I O.

let, quam omnes omnium Philosophorum prolixiores Ethicæ. Præstat nimirum in delineandis virtutum ac vitiorum proprietatibus brevi oratione & argutis sententiis rei naturam concludere, quam vaga & non necessaria verborum circuitione uti. Neque hoc latuit Antoninum optimum Romanorum Imperatorem, diis immortalibus gratias agentem, & magni beneficii loco reputantem, Epictetum accepisse, atque ex eo in proprium vitæ usum multum fructus & utilitatis percepisse. Quod si Marco Antonino, ad summum humanæ dignitatis fastigium evecto, eximium hoc Epicteti Enchiridium fuerit gratum acceptumque, nihil minus mihi de Vobis Vestraque humanitate spondeo, qui & in Republica & in Ecclesia summis honoribus præfulgetis: quod ubi comperero, cælum ipsum tetigisse videbor, & calcar ad majora præstantioraque addetis. Interim divina majestas
Vos

D E D I C A T I O.

Vos circumplexa tueatur universos & singulos, faveat summis vestris dignitatibus, & addat, quod in hac fluxissima vitæ usura omnium præstantissimum censetur, perpetuitatem, ut sub tutela & consiliis Vestris spiritum & sanguinem Gymnasium atque liberalium artium studia recipere possint & obtinere. Dabam Delphis in Collegio Literario ante diem x. Cal. Quintilis, anno clō lō c lxxxiii.

CAN.

CANDIDO LECTORI.

S.

Exhibemus tibi, amice Lector, Epicteti Enchiridium cum integris variorum commentariis, qui quondam Stoïca secta Philosophus fuit acutissimus; quique semper apud omnes talis ac tantus est habitus, ut nostra commendatione minime egeat, utpote cui olim Imperatores Romani imperii & alii viri summi sua benevolentia & favore non dedignati fuere. Ne igitur in hoc ad te alloquio actum agere videamur, nulla omnino de ejus scriptis & vita verba facere animum nostrum induximus: Sed quia Barthius, vir alioquin doctissimus & infinita lectionis, in Adversariis suis satis confidenter & nulla argumentorum probabilitate adstruere nititur, Epictetum professione Christianum fuisse, Tibi non ingratum fore speramus, si nostras super hac re cogitationes paucissimis verbis divulgemus, & in medium producamus. Optime eruditissimus Mericus Casaubonus, vir nunquam satis laudandus existimat, Barthium partem aliquam Paraphrasis, à se edita & nunc huic Enchiridii editioni etiam adjuncta, vidisse (in qua subinde unus & iterum aliter

P R Æ F A T I O

alter sacra Scriptura locus à Paraphraſte cita-
 tur) que tam ſimillimi ubique cum Enchiri-
 dio eſt argumenti, ut multis in locis proſus ip-
 ſum Epicteti Enchiridium eſſe credas, & inde
 argumenta pro fulcienda nova hac conjeſtura
 deprompſiſſe. Proſecto frivolam, inuſum, imo
 ridiculum videtur, de Chriſtiana Epicteti profes-
 ſione cogitare, quid dicam, confidenter aſſere-
 re, aut aliis pro re extra controverſiam quaſi
 poſita velle obtrudere. Ego conjeſturam meam
 diſſimulare nolens, ſi non indubitatis & firmiſ-
 ſimis, ſaltem argumentis valde probabilibus
 poſſem demonſtrare Epicteti animum cœleſti &
 matutino Chriſtiana religionis rore quodammo-
 do fuiſſe aſperſum & humectatum, ſed abſit,
 ut cogitem ipſum profeſſione Chriſtianum fuiſ-
 ſe. Nam auctores, qui de hujus Philoſophi vi-
 ta & moribus ſeris nepotibus aliquid tradide-
 re, uno quaſi ore omnes affirmant, eum tempo-
 re Neronis Roma vitam tranſegiſſe & ſervitu-
 tem ſerviſſe. Conſentiunt in eo omnes ipſum
 Epaphroditi ſervum fuiſſe, qui Imperatori hu-
 mani generis monſtro familiaris, & ut optime
 Suidas teſtatur, unus ex ſωματοφύλακων &
 βασιλέως Νέρωνος erat. Hac à profanis etiam
 ſcriptoribus commemorata, ſi recto judicii ocu-
 lo comparentur cum illis, quæ refert Apoſtolus
 gentium capite ultimo epiſtola ad Philippenſes,
 facillime eſt animadvertere, in Neronis aula
 multos fuiſſe Chriſtianos, inter quos procul du-
 bio

A D L E C T O R E M.

bio Epaphroditus erit recensendus, qui Paulo in vinculis & captivitate multa benevolentia & favoris signa praestitit. Atque hinc non admodum difficile erit conjicere, servum Epictetum ex domini sui ore, de Paulo tanquam viro eximio, docto, justo, facundo, & aliena, imo fortasse verioris religionis propugnatore (quamque Epaphroditus jam fuerat amplexus) subinde verba facientem audivisse; vel aliquando domino suo, cum Apostolo de principiis, & aliis fidei Christiana mysteriis differenti, adfuisse. Si igitur Epictetus ejusmodi haberet dominum, nempe Neronis satellitem, & religionis Christiana fundamentis imbutum, quis non consentiet, dum Paullus & alii scriptores de horum nominibus tempore, loco aliisque circumstantiis ex-amussim sibi invicem respondeant, Epictetum ex Epaphrodito, vel ex ipso Paulo, plus quam humana eloquentia viro prima elementa & quasi guttulas quasdam fidei Christiana, tanquam ex uberrimo fonte, hausisse, qua passim per totum Enchiridium fluunt & conspiciuntur: verum jam Stoica Philosophia sacris initiatus, imo addictissimus, statim, uti nec Agrippa, nec alii religionis ethnica antistites, patriis opinionibus de Deorum pluralitate, & vanissimis istius religionis ceremoniis valde dicere, neque ad intimum veritatis adytum penetrare potuit. Sed alia procul dubio Candidus Lector in hujus operis vestibulo expectat,

vini.

P R A E F A T I O

vim ut indicemus, quid à nobis in hac nova Epicteti editione sit praestitum. Illud paucis accipe: Textum ipsius Enchiridii & Tabula Cebetis, qua plerumque ei annectitur, emendatissimum atque accuratissimum exhibemus, uti sedulo legenti sole meridiano clarius apparebit: nam eum comparavimus cum variis editionibus, praesertim cum Salmasiana, qua multorum doctorum judicio elaboratissima habebatur: Sed concepta animo de ea spes nos valde fefellit: nam praeter innumera tyothesarum vitia, multa etiam in ipso textu praetermissa & alio transposita invenimus, de quibus in notis nostris mentionem facimus, & multis probamus. A VVolfiana versione nec in Enchiridio neque Cebetis tabula discedimus, quod sapissime à Salmasiana editionis praefecto temere & sine necessitate factum animadvertimus. Integras omnium notas apposuimus, nempe VVolfii, Casauboni, Caselii, & quasdam S necani, praeter illas tamen, quas ex VVolfio & Caselio, viris de Enchiridio & Tabula Cebetis optime meritis, compilaverat, & suo nomine publici juris fecerat. Multa vir summus Claudius Salmasius in praefatione ad Simplicii commentarium promissit, sed utinam ea praestitisset! Hec sunt ipsissima incomparabilis viri verba: Ipsum Epicteti Enchiridium, quod semper nobis in deliciis fuit, cum scriptis codd. comparavimus, & viginti aliquot locos in tantulo opere non-

nondum intellectos cæteris interpretibus, explicavimus; multosque alios patum hætenus explicatos, elucidavimus. *Hæc tamen diligentissime investigando invenire non potuimus; quam operam tandem Casaubonum etiam lusisse animadvertimus; nam ad mox allegata Salmasii verba ita inquit præfatione in Epictetum. Quam facile credent, qui tantum virum ex scriptis, & ab eo jam præstitis norunt, eum quæ promiserat, si semel aggressus esset, præstiturum fuisse: tam certo cuivis constare queat, in eis quæ hætenus sub ejus sive viventis, sive fato functi nomine publicata sunt, nihil hujus ne minima quidem ex parte repræsentatum esse.*

At ne ita quidem, mi Lector, ante XII annos præfabat: nunc autem quibus incrementis & innovationibus secunda hæc editio adornata lucem publicam videat, paucis referendum. Accuratius multo quam antea Salmasianam evolvimus atque contulimus, quo factum est, ut hoc tempore majorem notarum & varianium lectionem copiam divulgemus, idque tanta fide & cura; etiam in aliis editionibus, peregrimus, quanta profecto abs homine frequentioribus & majoris momenti præpedimentis occupato fieri potuit. Quare summopere miror; nuperrimo Franequerensi Operum Arriani editori per summam imprudentiam talia excidisse, quæ fidem meam apud harum rerum haud ignaros labefacere & suspectam reddere videntur, quasi ego quandam substituissem lectionem ex editione pla-

P R Æ F A T I O A D L E C T O R E M .

ne Chimerica, & nunquam antea in lucem emissas
 sic enim ille ad hæc verba capituli XXXIV. Εἰ δὲ μὴ,
 πλὴν πρῶτον πρὸς ἑμὸς ἤξει. Sic uterque Vene-
 tus Naogeorgi exerte, ἀρξεις, ἀπὲ μὴδέν. Scheg-
 gius, Wolfius, Plantinus concordant cum
 Venetis; sed alterius lectionis meminerunt;
 ἀρξεις, a, u. Casaubonus vulgatam expressit.
 Nuperus editor Leidensis, ἐφίξει posuit,
 editionem, quam secutus sit, ita habere
 professus. Sed eam scio cum ignarissimis.
 sed ut ille, qui decem & forte plures codices
 contulit, cum aliis sciat, me minime fictam &
 imaginariam lectionem edidisse, consulat minima
 forma editionem, qua Lugd. Batavorum ex offi-
 cina Ioh. Maire anno Christi, 1610. cum
 Sneconi notulis prodiit. & ultima sui commenta-
 rii verba, nimiam revera inscitiam atque au-
 daciam redolentia, abelo confodat. Verum quod
 potissimum hanc editionem nova accessione exor-
 nat, sunt Viri Clarissimi Iacobi Gronovii nota
 ad Enchiridii Paraphrasin, primo divulgatam à
 Merico Casaubono, plurimis in locis mutilam cor-
 ruptissimamque, qua nunc, lacunis omnibus, auxi-
 lio codicis Florentini repletis, perfrui liceat. Al-
 tera hujus Paraphraseos collatio à viro mihi ami-
 cissimo est oblata, sed temporis angustia & typothe-
 tarum opera non sinebant, hanc editionem ulte-
 rius procrastinare. Interim, Tu humanissime Le-
 ctor, hisce fruire, dum alia & quidem majoris mo-
 menti brevi temporis interjecto spatio in lucem
 sumus emissuri.

E P I

E P I C T E T I

V I T A.

EPICTE^TETUS, Stoicæ sectæ Philosophus Hierapolitanus patria fuit, (est autem Hierapolis Cariz urbs, non longe à Laodicea sita,) conditione servus, ut in Noctibus Atticis etiam testatur Aulus Gellius. Servivit enim Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari, Vir sanctissimæ & integerrimæ vitæ, alienissimus ab omni fastu & arrogantia; quibus tamen vitiis omnes fere laborant philosophi. Tantæ autem fuit apud omnes existimationis & famæ, ut lucerna ejus fictilis tribus drachmarum millibus vendita olim fuisse feratur. Meminit hujus & Lucianus Græcus auctor, sed cum laude, cum is tamen nulli philosophorum satis æquus fuerit, utpote irrisor deorum & hominum: quo loco & lucernæ Epicteti mentionem facit: sic enim habet in Dialogo *περὶ τῆς*

E P I C T E T I V I T A .

ὃν ἀπαιδωτον ἔχει πολλὰ βιβλία ἀνέμφορον, id est,
ad ineruditum , & multos coëmentem libros :

“ Et nostra , inquit , ætate fuit quis , & adhuc

“ superest opinor , qui Stoïci Epicteti ficti-

“ lem lucernam ter mille drachmis emit.

“ Sperabat enim , opinor , & ille , si noctu ad

“ eam lucernam legeret continuo , & Epicte-

“ ti sapientiam in somnis se adepturum , &

“ similem se fore admirandi illius senis. Ha-

-ctenus Luciani verba. Summam totius phi-

losophiæ duobus his verbis continere dice-

bat, Ἀνέχεσθε καὶ ἀπέχεσθε, id est, *Sustine & abstine,*

Domitiano autem imperante , vel offensus

ejus tyrannide , vel coactus ob Senatuscon-

ultum de pellendis urbe philosophis , Ro-

ma Hierapolim cōmmigravit. Commoratus

terum dicitur Romæ usque ad tempora

Marci Antonini

· EPIC.

Ε Π Ι Κ Τ Ε Τ Ι

V I T Α

Ε X

S U I D Α.

Επίκλητος Ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας Φιλόσοφος, δὲ ἄλλος ἦν Ἐπαφροδίτης τῆς σωματοφυλάκων ἑβασσιλέως Νέρωνος πηρωθεὶς ἢ τὸ σκέλος ὑπὸ βέλους, ἐν Νικηπόλει τῆς νέας ἠπείρας ὤκησε. καὶ Διαπείνας μέγρι Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ, ἐγραψε πολλά, ἔτι Θεοσεβίου ὁ Φιλόσοφος, ἔλεγε πολλά διὰ τῆς Ἐπικλήτης σχολῶν.

Epictetus, ex Hierapoli Phrygiæ urbe Philosophus. Servus autem Epaphroditi, unius de satellitibus Imperatoris Neronis. Ob defluxionem autem altero crure mutilatus, in novæ Epiri urbe Nicopoli habitavit. Et vita producta usque ad M. Antoninum, multa scripsit. Theosebius autem Philosophus multa ex Epicteti scholis desumpta dixit.

E X
M A C R O B I I
S A T U R N A L.

Lib. primo cap. XI.

De Epicteto autem Philosopho nobili, quod is quoque servus fuit, recentior est memoria, quam ut possit inter oblitte- rata nesciri. Cujus etiam de se scripti duo versus feruntur: ex quibus illud latenter in- telligas, non omnimodo Dis exosus esse, qui in hac vita cum ærumnarum varietate lu- ctantur; sed esse arcanas causas, ad quas pau- corum potuit pervenire curiositas.

Δὲλ⊙ Ἐπίκτητ⊙ γνώμῃ, κ. σώματι πρὸς,
καὶ πνεύματι ἰπ⊙, κ. φίλ⊙ ἀθανάτου.

Habes, ut opinor, assertum, non esse fastidium despiciendum servile nomen; cum & Jovem tetigerit cura de servo, & multos ex his fide- les, providos, fortes, philosophos etiam ex- stitisse constitit.

DE

D E

E P I C T E T O
S T O I C O P H I L O S O P H O

Elogia quadam & Iudicia.

ÆLIUS SPARTIANUS IN
ADRIANO CAES.

In summa familiaritate Epictetum & Heliodorum philosophos, & (ne nominatim de omnibus dicam) grammaticos, rhetores, musicos, geometras, pictores, astrologos habuit: præ cæteris (ut multi asserunt) eminente Favorino.

MARCUS VERUS AURELIUS
ANTONINUS IMPERATOR
ET PHILOSOPHUS

libro I. Ἐἰς ἑαυτὸν, sive De rebus suis, temmate
VII, ubi de Junio Rustico.

Καὶ τὸ ἀκριβῶς ἀναγινώσκειν, ἢ μὴ ἀρκεῖσθαι πρὸς τὸ ὀλοαγεῖν, μηδὲ τοῖς φιλαλαῶσι συγκαταπέθεσθαι. καὶ τὸ ἐπιτυχεῖν τοῖς ἐπικληταῖσι ὑπομνήμασιν, ὧν οἴκηθεν μετέδωκε: Porro ut accurate legerem, nec comprehensione summaria contentus essem; nec garrulis quibusvis temere assentirer. huic denique debeo, quod Epicteti commentarios legerim, quorum is à domo sua copiam mihi fecit. Meminit etiam Epicteti idem Imperator libro IV, 41. item VII. 19. denique XI. 34. 36, & 37.

* * 4

H E

HERODES ATTICUS

A P U D

A G E L L I U M

libro I. cap. II.

Permitte philosophorum amplissime, quoniam respondere nos tibi non quimus, quos idiotas & rudes vocas, recitari ex libro, quid de hujuscemodi magniloquentia veltra senserit dixeritque EPICLETUS, STOICORUM VEL MAXIMUS, jussitque proferri DISSERTATIONUM Epicteti digestarum ab ARRIANO secundum librum: in quo ille VENERANDUS SENEX juvenes, qui se Stoicos appellabant, neque frugis neque operæ probæ, se in theorematis tantum nugilibus & puerilium isagogarum commentationibus oblectantes, objugatione justa incessivit. Lecta igitur sunt ex libro, qui prolatus est, ea quæ addidit. Quibus verbis Epictetus severe simul ac festiviter scjunxit atque divisit à vero atque sincero Stoico, qui esset proculdubio ἀκάλυτος, ἀνεκθίας, ἀπρεμπόδις, ἐλάττερος, ὀπός, ὀδαιμων, vulgus illud nebulosum hominum, qui se Stoicos nuncuparent: atraque verborum & argutiarum fuligine ob oculos audientium jacta sanctissimæ disciplinæ nomen eumententur.

AGELLIUS LIB. XVII. CAP. XIX.

Epictetus maximus philosophorum.

THE

THEMISTIUS ORATIONE XII,

Qua inscribitur Παλιχός Consularis, ad Iovianum Imperatorem.

Καὶ πρῶτος ἔχ' ἴσον ἔνλημον πλὴν τῶν λόγων ἡγεμονίαν τῶν στρατοπέδων ἀρχῆς. ἔτω δὲ οἱ πατέρες τῶν οἴων βασιλείας τὰς ἀρετὰς πρῶτης τῆς τύχης ἀρετῆς, καὶ Ἀρείον ἐκείνον ὁ Σεβαστὸς, ὁ Τιβέριος καὶ Θερασίλων, Τραϊανὸς ὁ μέγαν Δίανα καὶ Χρυσῆν πλὴν γλώττων, καὶ Ἐπίκτητον τὰ δύο Ἀντωνείων. εἰδὼ τὰς ἀρετὰς: *Nec minore doctrina ac scientia, quam castrosum imperium, honore prosequeris. Sic auctores imperii tui, hujus olim disciplina majoribus amplissima quaque deferobant, velut Ario illi Augustus, Tiberius Thrasyllo, magnus Trajanus Dioni aurea lingua praedito, Episteto Antonini duo. Omitto ceteros.*

AUGUSTINUS DE CIVITATE DEI

libro IX. cap V.

Hane misericordiam Cicero locutor egregius non dubitavit appellare virtutem, quam Stoicos inter vitia numerare non pudet: qui tamen, ut docuit liber EPICETI NOBILISSIMI STOICI, ex decretis Zenonis & Chrysippi, qui hujus sectae primas partes habuerunt, hujusmodi passionēs in animum sapientis admittunt, quem vitii omnibus liberum esse volunt.

HENRICUS STEPHANUS

Praefatione in Diogenem Laërtium.

Norunt omnes, non quae meliores, sed quae doctiores nos reddant, ex hoc Diogenis opere potenda

terenda esse. Dixissem, sapientiores: nisi sapientem cum bono copulari ab ipso quoque Horatio meminissem, veluti quum scribit *Epist. lib. 1. Neve putes alium sapiente bonoque beatum.* Et Cicero ipse sapientes à bonis separari queritur, idque magnam perniciem afferre dicit. *Hæc est igitur illa perniciēs (inquit) quæ alios bonos, alios sapientes existimant.* Neque tamen quum dico ex his Diogenis libris petenda esse quæ nos doctiores, non quæ meliores reddant, hæc velim ita accipi, quasi nulla hic legerentur, quæ quod sit boni viri officium nos docerent (boni viri inquam, non ad Christianam, sed ad philosophicam exigendo normam, sed quoniam alii sunt aliorum libri, è quibus ea melius à nobis disci queant, siquidem vel unus **EPICTETI** libellus (cujus vitam à Diogene nostro prætermisissam esse miror) aptior nobis hujus rei doctor fuerit. Verum ut rari sunt aurei istius libelli lectores, sic certe rari sunt, qui meliores se quam doctiores esse malint.

J U S T U S L I P S I U S
M A N U D U C T I O N I S
A D
S T O I C A M P H I L O S O P H I A M

Libro primo, Dissert. XIX.

De Seneca habes: clarum aliud fidus se ostendit, *Epictetus*: ævo, non merito, posterior: & Scriptorum pondere, si non numero, comparandus, vitam præponendus. Ille vir totus à se & à Deo, nihil à Fortuna fuit. Origine vilis, & inter servos: corpore

corpore claudus ac debilis; mente nobilissimus, & inter omnis ævi lumina refulsit. Ipse de se Epigrammation hoc scripsit:

Δῦλ' Ἐπίκτατ' ἠδὲ κούμειον, ἢ σώματι πηδός,
καὶ πενίῃ ἴρ', ἢ φίλ' ἀθανάτοισ.

*Servus Epictetus sum natus, corpore claudus,
Itus paupertie, delicia supærum.*

Ipse, inquam, sive de ipso alius: sed confessio-
nem ingenuam vides, & generosam in fine additum,
de amicitia divina. *Natum Hierapoli, Phrygiæ
epida*, tradunt: Romam tractatum *servisse servitutem*
(si id nomen in hanc virtutem cadit) *Epaphrodito Ner-*
ronis, qui fuit à custodia corporis illi Principi: *claudum*
autem, è distillatione in illam partem corporis illapsa.
Hæc fere Suidas; Agellius etiam, qui virum admira-
ratus est, *pulsum Roma edicto illo barbarico Domitiani,*
quo Philosophus omnes ab urbe relegavit: & in Epiræ Ni-
copoli diem ultimam obiisse, lib. xv, cap. xi. Ajunt ad
Marci Antonini Imperatoris tempora durasse; quod ita
Suidas prodidit, & Antoninum Philosophum accipi-
mus. nam Pius ille, Titi prænomen gessit. Hoc ideo
observo, quia consideratione aliqua eget: & à Ne-
ronis morte, ad initia Marci Antonini, sunt anni
admodum nonaginta quatuor. Quomodo ergo sub Ne-
rone, nisi puer plane, vixerit? Et Epaphrodito ta-
men servisse (sed fortasse post Neronem) ipse etiam
indicat, & jocosè ejus meminit. I. Dissertationum,
quas Arrianus digessit, cap. xix. De conditione aut
ævo ejus, hæcenus scio: vita emendatissima fuit,
& plane ad scitum, quod in ore habebat, Ἀπέχεσθαι
ἀπέχεσθαι: Contine, & abstine. Item hostis fucorum, qui
Philosophos habitu & verbis præferrent, vita dege-
nera-

merarent: quod ille appellitare solitus, φιλοσόφως ἀνδρῶν
ἐπαίτιον, μέχρι ἑλέγην: *Philosophos sine factis, doctorum
genus.* Agellius xvii. cap. xix. Unica anus in mini-
sterio ei fuit, unica lucerna fictilis (hoc domesticum
omne instrumentum) ad divinas illas lucubrations:
quæ lucerna à morte ejus *mille drachmis* vauit, in me-
moriâ heroisci illius & honorem. Scripta, ut tetigi,
pauca exstant: *Enchiridion* sane egregium, & Stoicæ
moralis philosophiæ velut anima: item *Dissertationes*,
quas obiter in via, domo, schola habuit, ab Arriano
collectæ & digestæ. Neque omnes etiam exstant: in
Agellio & Stobæo reperies, quæ hic requiras. Sed,
Deus bone, acrem & altum in iis spiritum! accensum
animum, & honesti amore ardentem! Nihil in Græ-
cis, aut fallor, tale exstat: à duabus illis notis dico,
Acrimonia & Ardore. Tironem aliquem & rudem
Philosophiæ vix afficiat aut tangat: proficientem aut
profectum, incredibile est, quam excitet, & cum pungat
ubique, tamen etiam delectet. Genus stili concisum,
fractum est, & quod indolem subitarii sermonis ha-
bet: sed docta intervèniunt sæpe, semper salutarias
& non est qui bonam Mentem magis aut trahat, aut
formet. Ego senecionem illum numquam lego, nisi
cum interno animi motu: & quod Homero proprium,
pluris facio, cum relego semper ut novum, & cum re-
petivi repetendum. Idem fac. gratiam monitori ha-
bebis; majorem illi Doctori.

ME.

MERICI CASAUBONI

N O T Æ

in hoc Dist.

Δεῖλ' Ἐπίκρητ' ἡρόμω, καὶ σῶμ' ἀνάπηρ'
 Καὶ πνίλω Ἴρ' καὶ Φίλ' ἀθανάτισ.

Sive Epictetus (ut olim credidit Jul. Gel-
 lius) sive alius est auctor, plane divina
 sententia est, quæ ex intima tum Vet-
 tum Nov. Testament. philosophia prompta vi-
 deri possit: adeo certe supra vulgarem sensum
 & saporem, ut pauci sint Christiani, quorum
 fides ad istam sublimitatem pervenerit. For-
 mula erat antiquis ethnicis usitatissima, si quis
 fortuna in tribuendis quæ avidè inbiant homi-
 nes indulgentiore frueretur; sed præcipue sicubi
 in dubia alea conatibus & inceptis, sive per
 se laudabilibus, sive secus, res pro voto cede-
 ret; ut eum Φίλον esse τοῖς θεοῖς, id est, Diis
 charum & dilectum predicarent. Hoc tum ex
 aliis passim; tum ex Homero discamus eximie,
 cui tam solemne est ita loqui, ut ex ipso ma-
 nasse videri possit. Hinc miratur extrema
 Odyssea Achilles, Agamemnonem Regem,
 quem Διὶ Φίλον ἱερῆμαυ crediderant, (Φάμλα
 apud

MERICI CASAUBONI

apud Hom. elegantissime:) acerba & cruenta
 morte periisse: & alibi Penelope maritum Vlyf-
 sem Deo exosum esse colligit, quia reditu in pa-
 triam longis erroribus prohiberetur. Ipse Vlyffes,
 à subulco suo laute acceptus, vicissim optat illi;
 ut Dii φίλοι sit: bonorum scil. quæ vulgo nun-
 cupantur, optat illi copiam: quod & ex Eumæi
 responsione satis liquet. Odyss. 2. Nausicaa,
 Regis Phæacum filia, mortales ullos adeo fortes
 aut feroces usquam reperiri negat, qui terram
 Phæacum bello laceffere audeant, μάλα γὰρ φί-
 λου ἀγατόισιν. Hinc etiam illud Poëta Latini,
 de quodam in amore suo præter expectationem
 felici; Solus es, quem Dii diligunt. Sed in-
 signia in hanc rem Ciceronis in Oratione pro
 L. Flaco, de Judæis verba: Quam chara Diis
 immortalibus (inquit) gens esset, docuit quod
 est victa, quod elocata, quod serva. Plane ut
 hodierni demagogi, concionatores & politici,
 quorum pietas isto maxime (ὀνηροί) sibici-
 venititur: per quos non stabit, opinor, quin ad
 Mahumedanos ocyus (quibus est commadum,
 transeant, qui longe plura & insigniora (ut jam
 non uni observatum) in hoc genere jactare pos-
 sunt, quam (si miraculosa Vet. Testam. omit-
 tamus) quævis alia gens potest.

Hæc igitur vesana hominum opinioni, quæ
 vera pietati nihil perniciosius, ut contraires
 Epictetus, & suo exemplo ad saniora de nobis
 ipsis aliisque judicium præstet: generosam hanc de
 sua

NOTÆ IN HOC DIST.

sua fide professionem edidit; Servum se natum; (qua vilissima in terris conditio:) corpore quoque (cujus charitas omnibus maxima innata est:) mutilatum fuisse, sed & egenum (ne quid malis deesset) ad mendicitatem usque: in hac tamen tam miserabili, tam vili (si hominum judicia spectentur) conditione, tantum abesse ut à Diis neglectum se crederet, aut de amore ipsorum & charitate non dubitaret. O virum! b̄ sensentiam dignam que cordibus omnium, qui ad veram beatitudinem & aternas sedes aspirant, inscribatur; & memoria præsens semper obversetur. Iam dixi, sensum verborum ex intima Sac. Volum. philosophia promptum videri posse. Sed & verba non uno loco non dissimilia: qualia Davidis ista: ואני עני ואביון ארני יהושׁב Psalm. 40. vers. ult. qua recentior interpres haud male: Sum quidem pauper & egenus: Sed Deus cogitat de me: quem recentior & accuratior Anglica versio secuta est; But I am poor and needy: yet the Lord thinketh upon me. Belg. Ik ben wel ellendig ende nooddruftig / maar de Heere denkt aan my.

Observavi non paucos in Distichi hujus scopo longius aberrare. Flor. Christianus (vir alias in istis incomparabilis) non adeo sæliciter hic;

Servus Epictetus, Diis charus, pauper ut Irus:

Quin & parte aliqua corporis orbis eram.

Me-

MER. CASAUB. NOTÆ IN HOC DIST.

Melius, sive is Politianus, sive alius, qui servato verborum ordine, qui magnum hinc habet momentum, vertit,

**Servus Epictetus: mutilati corporis: Irus
Pauper: at hæc inter charus eram superioris.**

Longissime illi à sensu abeunt, qui nescio quam jactationem in verbis ariolantur, modestia philosophi minus convenientem. Sed hæc hæcenus.



ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ

ἘΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

ΕΡΙΣΤΕΤΙ

ENCHIRIDION.

ΚΕΦ. Α.

Τῶν ὄντων τὰ μὴ εἶναι ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ εἶναι ἐφ' ἡμῖν. Ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπολήψεις, ὀρμή, ὀρεξεις, ἐκκλίσεις καὶ ἐνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. Ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, θεχαί, καὶ ἐνὶ λόγῳ, ὅσα ἔχ ἡμέτερα ἔργα.

CAP. I.

Res quædam in potestate nostra sunt, quædam non sunt. In nostra potestate est opinio, appetitio, desiderium, averfatio; &, ut uno complectar verbo, quælibet nostræ actiones. Nostri arbitrii non sunt corpus, pecunia, gloria, imperia: ad summam, ea quæ ipsi non agimus, omnia.

Tribuitur hoc Enchiridion Epicteto, quamvis ipse id non scripserit, sed Arrianus, qui & uberiotem in id commentarium edidit, quo dissertationes Epicteti plenius prosequitur. Testatur id Simplicius in præfatione commentarii ad hunc libellum hisce verbis: Τὸ βιβλίον τῆς τοῦ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον ἐπιγραφομένου, καὶ τῆς αὐτοῦ συνειρηθέντος ὁ Ἀρριανὸς, τὰ καίρια τῶν καὶ ἀναγκασιότατων ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ κινήσι τῶν ψυχῶν ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Ἐπικτήτου λόγων. Hoc est:

Idem Arrianus & hunc libellum, quod Enchiridion inscribitur composuit, delectis ex Epicteti disputationibus philosophia loci maxime idoneis ac necessariis, & animos vehementissime permoventibus. Seneanus.

2 Non solum pugio Græcis hoc nomine vocatur, sed etiam quicquid ad manum est, & in usum promptum & obvium, ut instrumenta quælibet ac vasa ἐγχειρίδια, quæ parata & in manu semper gestanda. Hesychius, Ἐγχειρίδια, σκεδὴ καὶ ὄργανα σκεδῶν, ἄγχι δὲ

εἶτα καὶ τὴν ἐν χειρὶ. Suidas, Ἐγχειρίδιον ξίφους, ὄργανον, τμηπύην ὄργανον. Sed quare τμηπύην? Ita tamen & Hefychius: Ἐγχειρίδιον, ξίφιδιον μικρὸν, ἢ τμηλικὸν ὄργανον. An quia Ἐγχειρίδιον gladiolus est & pugio, non potest utripari nisi de instrumento τμηλικῷ? Atqui Ἐγχειρίδιον crederem dici id omne quod ad manum, vel in manu est. Certe ea pars remi quæ manu retinetur Græcè Ἐγχειρίδιον vocatur. Pollux: τὸ ἰκώπης τὸ μὲν ἔλαμβάνοντες οἱ ναῦται, ἔγχειρίδιον. In his titulus librorum Ἐγχειρίδιον vix aliud queat esse quam πικαιδίον ἔγχειρίδιον: Nam ἔγχειρίδιον hic est adjectivum, quod substantivi vice usurpatur, & subauditur αὐτοβιβλίον αὐτὸ πικαιδίον. Cum pro ensiculo accipitur Græcè, subintelligitur ξίφος, & integrum est Ἐγχειρίδιον ξίφος. *Salmasius.*

Enchiridion inscribitur, quod pugionem significat, quia ut pugio militibus, ita hic libellus iis, qui recte vivere student, in promptu esse perpetuo debeat. Fecit idem magnum patriæ nostræ lumen Eratimus, inscriptione istius libri, quo Christianum militem depingit. Est vero titulus hic ab Artiano; qui, deletis ex Epicteti dissertationibus locis philosophiæ Ethicæ, maximè necessariis, & animos vehementissime permoventibus, hunc libellum seu epitomen disputationum Epicteti in lucem emisit. *Snecanus.*

3 Τῶν ὄντων τὴν μὲν ἔστιν ἐφ' ἡμῶν. *Res quædam in nostra potestate sunt.* Cum sententiarum Epicteti bona pars pendat ab intellectu distinctionis eorum, quæ sunt in nostra potestate, & quæ non; operæ pretium fuerit attendere quid intelligat author per hanc phrasin, esse in potestate nostra, aut non esse. Quod Simplicii verbis explicabitur. Sic itaque ille. In nostra potestate ea esse dicit, quæ nec ab alio habemus, nec ab ullo alio impediri possunt:

cujusmodi sunt motus animorum, qui intrinsicè suo prope iudicio & arbitrato cientur. Voluntas enim extrinsecus moveri non potest, id est objectis forinsecus advenientibus sic moveri, ut necessario promoveatur, nec libertate sua, qua illi infra est fruatur. Quamvis enim id quod expeditur, extrinsecus sit: ipse tamen motus ad illud, intrinsicè est: velut, hoc illo modo sentire de rebus; ut, divitias aut mortem, aut aliud ejus generis, vel bonum vel malum, vel neutrum esse. Huius etiam phrasi enucleandæ est quod dicit Simplicius: Nec enim idem est voluntarium: & id quod in nostra potestate est: sed voluntarium est id quod præcipue expeditur: in nostra potestate vero, quod amplecti possumus, sive propter se, sive propter mali gravioris fugam. Ψυπόληψις est id, quod de unaquaque re sentimus; ut, fugiendum esse flagitium, philosophiam mederi animis. *Opinionem* non malè reddidit interpres. Possis & vertere *apprehensionem*. Eam Simplicii cap. 11. Φαυλοτάτης nomine venire censet. Οὐ μὲν Cicero alias *appetitionem*, alias *appetitum*, alias *motum animi* interpretatur. Αφορμὴ huius contrarium est, videlicet *aversatio*; nempe Stoica; quæ peculiari quadam ratione hisce vocibus utitur; non vero ea, quæ communiter in usu est; cuius exemplum est cap. 70 *Idem.*

4. Ἐφ' ἡμῶν ἔστιν ὑπόληψις. *In nostra potestate est opinio.* Negat hoc Homerus, quum, Cicerone interprete, scribit:

Tales sunt hominum mentes, qualis pater ipse
Iuppiter autem ferax lustravit lampade terras.

Homeri versus sic habent:
Τοιὸς γὰρ νόσος ἔστιν ἐπιχθονίῳ
αἰνθράπων,
Οἷον ἐκ' ἡμῶν ἄγχοι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Sed

Sed hunc scrupulum Simplicius eximit. *Wolffius.*

5 Ο ἄρμω, ὄρεξις.] Nolim ego de verbis istis cum quoquam acrius contendere, cum certum sit aliter Ciceronem, aliter Senecam, aliter alios veteres reddidisse. *Wolffii* tamen inconstantiam, aliis quoque notatam, in versione probare non possum, qui cum hic ὄρμω appetitionem (ex Cicerone) vertat: ὄρεξιν autem desiderium, (ex Seneca:) paulo post, (ut cap. 6.) ὄρεξιν appetitionem, Latine sonare maluit. Sed nec vitis summis assentior, qui Senecam ὄρεξιν appetitionem; ὄρμω autem impetum semper reddere affirmant. Nos aliter observavimus: cum per ὄρεξιν intelligitur appetitus naturalis, qualis hominibus bestiisque communis est, ut est appetitus cibi, potus, &c. tum Senecam verbo desiderium uti: cum autem appetitus qui rationis imperio subjacet, tum appetitionem verbum potius usurpare. Nos quidem scrupulosi non sumus. Quæ tamen ab aliis adseruntur, quæque nos observavimus ipsi, diligenter expensis, ita statuimus: ὄρμω impetum; ὄρεξιν appetitionem, cuius sufficit: quod semel monuisse sufficiat. *Casaubonus.*

6 Ὅσα ἡμῖν ἔργα. Quæcumque nostra actiones.] Ἐργον Ciceroni est, aliàs opus, aliàs res, aliàs opera, aliàs difficultas. Ego hic ἔργον intelligo, non munus officii, τὸ καθήκον, in qua significatione sæpe capitur: sed συνέργειαν, actionem, id quod aut animis agitamus, aut ministerio corporis agimus, sive bonam; sive malum: ut cum agimus prudenter, iuste, fortiter, temperate: contravè, libidinosè, effeminatè, injustè, temerè: cum philosophamur, irascimur, cupimus, deambulamus, lavamus, scribimus, legimus, & id genus alia, quæ homo suapte naturâ, suoque arbitratu facere potest aut non facere, nisi morbo aut externa vi impediatur.

Quod cum sit, actiones illæ in potentate nostra esse desinunt, opinor: & opinio tantum, appetitio & desiderium, horumque contrario declinatio & aversatio, nobis relinquuntur. Cum autem morbi sint, qui animum etiam tentent, ut phrenitis; melancholia, veternus, apoplexia; epilepsia, vulnera capitis, cerebri læsiones, similesque pestes: etiam illa, nisi fallor, evanescent, quæ sola in nostra potentate esse affirmat *Epictetus*. Sed loqui Stoicos de natura integrâ, & non impedita, probabile est, quæ tamen quandiu talis permanens sit, constare nemini profecto potest. Consideret ergo quisque seculum, veriusne ista dicantur; an magnificentius? Animi tamen bona dotibus corporis, & fortunæ muneribus præstare, ac diuturniora esse, extra controversiam esse arbitror. Quicquid tamen egeris, nunquam id consequeris, ut à Fortunæ tyrannide sis immunis: hoc est, ut Deus ea tibi non auferre possit, quæ largitus est. Valeat ergo Thrasonica illa vox, & inter Stoicas hyperbolicas numeretur, ἀπορησαίλημαί σι, ὃ τῆχη, καὶ πάντων ἀφῆρημαί. Ἐν τῷ παρρησίῳ. hoc est: Anteverti tibi *Fortuna*, & quasi vallo firmissimo opposito, omnes tibi aditus, omnes cuniculos interclusi. Prudentius ille, qui distichon illud per se insolens, piæque hominis mortui adscriptis: cui, si in *C M R I S* r b servatore obdormietit, verè convenit:

Ἐλπίς τῆ τύχη μέγα χαίρειν
τὸν λιμὲν ὄρεγν.
Οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν πικρὰ τὸ
τὸς μετ' ἐμῖ.

Inveni portum, Spes & fortuna
valete:

Nil mihi vobiscum: ludite nunc
alios.

Neque enim spe sua frustrabitur,
neque timebit quicquam, mortuus

in Domino, ab omnibus fortunæ injuriis & ludibriis immunis, atque in portu tutissimo securus & beatus conquiescit. *Wolffius.*

6 *Ὅσα ἢ μὲν ἐργεῖα. Quæcumque nostra actiones.*] Hic ἐργον idem notat quod ἐνεργεῖα, qua vocē significatur omne id quod aut animis agitur, aut ministerio corporis perficimus, sive bonum, sive malum: ut cum agimus prudenter, juste, fortiter, temperanter: aut contra: item cum philosophamur, irascimur, cupimus, deambulamus, lavamus, scribimus, legimus, & id genus alia; quæ homo suapte natura, suoque arbitratu facere aut non facere potest, nisi morbo aut externa vi impediatur. Quod cum sit, actiones illæ, quatenus servitio corporis indigent, in potestate nostra esse desinunt. Vide principium capituli noni. Corpus, possessionem, & reliqua quæ sequuntur, in nostra potestate esse negat, non quia animus ad hæc quoque, & horum contraria, aliquid conferat; (nam & corpus & res familiaris animo procurante pulchrius gubernatur;) sed quod his rebus non solus animus dominetur, & ad ea consequenda multis aliis adiumentis egeat. Videndus Simplicius. *Senecanus.*

7 *Ὅν ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἢ κ' ἕστις, δόξα, δόξα. In nostra potestate non sunt, corpus, possessio.*] Nemo negabit opinor, non esse nostri arbitrii, ut perpetuo valeat, nec ullo incommodo afficiatur corpus. Nam alioqui ægrotaret, mutilaretur, moreretur nemo. Etsi enim quidam apud Plinium sponsonem cum Fortuna fecisse legitur, si unquam ægrotasset: nihilominus tamen lapsi scalarum interit. Masinissam & Cytum; robustissimos reges, longa ætas exstinxit. Iam si divitiarum gloria, imperia, cæteraque nobis in manu essent: quis egreter, malè audiret, serviret? Quis cara uxore; libetis, amicis orbaretur? Hoc igitur extra controversiam est, non

esse ista nostri juris. Illud verò cui persuaderi potest, cum nostra non sint, ne jacturam illorum molestissimè feramus? Ne iis ereptis, vim & injuriam nobis esse factam opinemur? Tanta est inconstantia & perveritas. Occurritur autem Epicteto, Natura nobis esse insitum talium rerum amorem; nec posse fieri, quin iis amissis doleamus. At vicissim rogabit Epictetus: Annon illud etiam natura ferat, ut sæpe illa amittamus? an repugnare in eo naturæ, sit viri boni & sapientis? Frustra præsertim, & ultro augere sibi molestias, quæ animi æquitate minuendæ erant: Opponimus scilicet philosophis non firmiores rationes, sed affectus nostros & pravam contuetudinem: pro quibus tanquam pro aris & focis, & monumentis majorum pugnamus: majorène stulticia dicam, an calamitate? Quod si dies adimit hominibus ægrotudinem: recta ratio cur non adimat? Cur exemplà vulgi, quàm virorum fortium & sapientum sequi malimus? At id quoque Natura fert, ut ipsa assuetudo molestiam leniat. Unde poeta:

*Χρόνον μολάξεις, νῦν δ' εὖ
ἠθάσκει κρηθόν.*

Malum viget jam, lenietur tempore.

Esto: sed cur non, ut servulo Comico, ita & nobis medicata omnia mala nostra sunt, ut ne quid animo sit novum? Nam & hoc docet Epictetus, & docuerunt olim multi, nec obtrepasit quæquam pœnituit. Annon & divus Paulus monet, ita esse utendum mundo, quasi non utamur? Nec habitandi, sed commorandi locum hic nobis esse datum? Sed hæc alibi commodius. Illud non alienum fuerit, verba quæ obscuriora videntur, quæque subinde recurrunt in hoc Opusculo, declarare. *ὑπολήψις* est opinio, sententia, persuasio, iudicium, id quod de quaque te sentimus: ut,

motus

maortem & morbum esse malum, divitias & voluptates expetendas esse, fugiendum esse flagitium & dedecus, philosophiam mederi animis. *ὀρεῖται* Cicero aliàs appetitionem, aliàs appetitum seu appetitionem animi, aliàs motum animi interpretatur. Politianus conatum vertit. *ὄρεξιν* appetitum. *ἀφορέμην* hujus contrarium est, averfatio, cum animus abhorret à re aliqua. Hinc *ὀρεῖται* & *ἀφορέμην*, appetere, inclinare animo ad aliquid : *ἀφορέμην*, averfari, abhorrere. Peculiarem enim hæc verba usum habent apud Stoicos. Est & *ὄρεξις* appetitus : sed Cicero *βέλησιν*, *ἁλόγων ὄρεξιν* exponit, voluntatem quæ quid cum ratione desideret. Quare *ὄρεξιν* (nè vocabulorum numerus imminueretur) desiderium verti. *ἐκκλίσειν* idem, declinationem à malis, declinationem laboris & periculi, dixit. Simplicius hunc ordinem tradit : Cum quid bonum aut malum judicemus, omnino commoveri declinationem aut appetitionem : subsequi verò *ὀρεῖται*, quam animi concitationem, approbantis aut improbantis, prosequentis aut averfantis aliquid, definit. *αἰρέσις* est optio vel appetitio, cum Cicero *τὸ αἰρέσθαι* optabile & rem expetendam vertat. *προαἰρέσιν* Simplicius *ἄλλο πρὸς αἰρέσιν* esse dicit, cum alia aliis præferuntur. Quo uno verbo commode queat exprimi,

*Grammatici certant, & adhuc sub
iudice lis est.*

Barbari prælectionem, alii delectum, alii propositum, alii institutum, alii voluntatem, alii consilium interpretantur. Nos, ut quimus, quando ut volumus, non licet. Omnino difficile est ut Græcis, præsertim Stoicis, certare verborum copia & proprietate. Quare veniam ab æquis lectoribus impetratam velim, sicuti Epicæto & æcerimis eorum iudiciis non satis æcerimus. Sæpe enim, cru-

ditis scriptoribus facili est varia vocabula congerere : sed eadem distinguere, grammatico aut interpreti non perinde promptum. Imo (si, quod sentio, dicendum est) ipsi auctores sæpe riderent & grammaticos & interpretes, qui earum rgrum distinguendarum sollicità curâ tenerentur, quas ipsi aut ostentandæ copix, aut rei inculcandæ gratiâ congestissent. *Wolffius.*

Hac ab Epicæto pronunciata tam firmissimis absolutissimæ veritatis fundamentis inniuntur, ut à nemine unquam refelli queant. Quocunque enim modo hominem, live in statu naturæ ante institutionem Reip. live sub imperio consideramus, illud pro æterna veritate erit habendum, *corpus, possessionem, gloriam & imperia in nostra potestate non esse.* Nam præterquam quod humano corpori perpetuis aëris incommodis exposito, cum vario morborum genere, qui ei vires quacunque ætate adimunt, tandemque vitalem spiritum extinguunt, sit pugnandum : tamen sub utroque statu nemo sibi, licet fortissimus, tam securum vitæ degendæ genus excogitare aut formare valet, ut ab infimissimo quoque non possit aut vi aut dolo de medio tolli. Rex & subditus, dominus & servus, parentes & liberi hæc respectu in eodem statu constituti sunt. Quot Monarchæ, licet nocte dieque armatorum satellitum turbâ constipati, à subditis interfecti sunt? Adeo ut verum sit illud Iuvenalis,

*Ad Generum Cæteris sine cade &
sanguine paucis
Descendant reges, & sicca morte
Tyranni.*

Quot servi in dominorum corpora imperium exercuerunt? Et quot etiam parentibus, apud Romanos quondam in liberos vitæ ac necis potestate fruentibus, mortem filii inculère? Quid dicam de possessionibus,

nibus, quas, licet in statu naturæ omnibus communes, viribus polentior ab infirmiori invidia aut malevolentia auferre potest? Numquid etiam constituta civitate, in qua leges aliena abripere prohibent, fures reperiuntur, qui inscio & invito domino possessiones auferunt? Si publici commodi causa publica fœsa sit ducenda fodiendaque, an non præstat partem prædii, summa potestate eam exigente, propenso animo exhibere, quam cum Nabotho lapidibus obrui, atque ita corpus certæ ac minime dubiæ mortis objicere? In omni enim Republica sive Christiana, sive alia sit, hæc regula valeat: *Civem unum quemque suorum honorum non tam absolutum esse dominum, ut Republica dominium in eadem bona possit excludere.* Cives quidem in bona sua proprium dominium habent, quod cæterorum civium jus excludit: Verum si summæ potestatis jus & imperium in eadem excluderetur, protegere cives non posset, neque ab hostibus externis, neque ab injuriis mutuis. Quocumque igitur modo hanc Epicteti sententiam verteris, semper remanebit illa veritas, corpus & possessiones in nostra potestate non esse.

Eodem prorsus modo se res habet cum *Gloria & imperio.* Vox illa δόξα heic non significat opinionem de aliqua re, quæ in nobis libera, nostraque potestate est: sed hoc vocabulo Epictetum indicare existimo gloriam sive honorem, qui consistit in cogitatione interna honorantis, nempe in opinione, quam de Potentia & Bonitate quisque habet illius, quem honorare affirmat: Ergo, quia hanc aliorum hominum opinionem, libera nostræ voluntatis inclinatione ad nos honorandos & colendos flectere non possumus, vetum manebit illud Epicteti, gloriam

& honorem in nostra potestate non esse. Et idem nobis quoque cum Epicteto de Imperio statuere licet. Hæc non possunt intelligi de statu ante institutionem Reip. nam in tali statu, unusquisque pari potestate gaudens, nullum reperiuntur imperium. Præterea in tali statu nemo potestatem habet imperium sive societatem civilem erigendi; quia oritur ex iusta hominum unita multitudine, qui simul jus in omnia, quod possident, in unum hominem sive cœtum conferunt, & ad propellendos hostes idonei sunt. Unusquisque verò medium illud civitatem constituendi quidem in se habet, sed aliorum arbitrium ad eam rem inclinare, unicuique in potestate non est. Et quandoquidem in constituta Republica aliorum plerumque suffragiis & votis hunc vel illum ad supremam majestatem promoveri videmus, rectè quoque dicitur, illud in nostra potestate non esse; quia fors à Deo est. Quumque præterea in hoc negotio maxime facit, ex his vel illis parentibus originem duxisse, ut ad imperii fastigium eveharis, affirmandum est ab unoquoque, neminem id in sua potestate habere vel Leidensem, vel Amstelodamensem, vel Haerlemensem nasci. Beata igitur erit talis vitæ conditio & status in quo corpora nostra, à terrenis hisce sordibus purgata, nullis aëris injuriis, nullis morborum generibus, nec ipsi mortis obnoxia, in secula seculorum cælestem illam κλησιν possidebunt, ubi honorem & gloriam tribuent illi, cum quo tanquam reges & Monarchæ in mortem, diabolium & infernum imperium exercebunt.

8 Η κλησιν] Wolfius hic *pecunia*: Politianus, *possessio*: quod magis generale est, & ut puto, præferendum. *Casaubonus.*

Ε. Καί

β'.

CAP. II.

Καὶ τὰ ἰσὺ ἐφ' ἡμῶν
 ἐστὶ φύσις ἐλεύθερα,
 ἀκάλυτα, ἀπαρεμπό-
 διστα. τὰ δὲ σὺν ἐφ'
 ἡμῶν, ἀσθενῆ, δῶλα, κω-
 λυτὰ, ἀλλότρια.

Ac ea quæ nobis parent, libera sunt natura sua, nec prohiberi ab ullo, nec impediri possunt. In quæ autem ipsi jus nullum habemus, ea sunt infirma, obnoxia servituti, obnoxia impedimentis, aliena.

Καὶ τὰ ἰσὺ ἐφ' ἡμῶν.] Verba hæc interpretes transtulic; ac ea quædem quæ nobis parent, sensum potius secutus quam verba; quæ ἔπειδα sonant, ea quæ in nobis sunt. Quod nihil est aliud, quam, quæ in nostra potestate vel nostri arbitrii sunt. Hæc enim in unoquoque esse dicimus, quæ non ab alio habet, quæque ab alio impediri nequeunt. Id quod significat Epictetus, cum dicit, quæ ejus generis sunt, esse ἐλεύθερα, ἀκάλυ-

τα, ἀπαρεμπόδιστα, quibus opponuntur, quæ contra se habent; quæ aliena recte nominat, iis videlicet obnoxia, & ab illis pendentia, qui ea vel præbere vel prohibere possunt, Quæ vero in nostra potestate non sunt, nostra non sunt: sed partim corporis, quod pro instrumento vult haberi, ut patet cap. 24. partim pecuniæ aut gloriolæ; quæ etiam longius ab animo remotæ sunt, quam corpus. Socrates.

γ'.

CAP. III.

Μέμνησο ἔν, ὅτι, εἰάν
 τὰ φύσις δῶλα, ἐ-
 λεύθερα οἰθηῆς, καὶ τὰ
 ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδι-
 ατήση, πεινήσης, ταρα-
 χήση, μέμψη καὶ θεῶς,
 καὶ ἀνθρώπων· εἰάν ᾧ πρὸς
 σὸν μόνον οἰθηῆς σὸν εἶναι,
 τὸ ᾧ ἀλλότριον, ὡπὲρ
 ἐστιν, ἀλλότριον,² εἰδείς σε
 ἀναγκάσει εἰδέσθαι, εἰδείς
 σε κωλύσει, εἰ μέμψη εἰ-
 δέ-

Proinde memento, si ea quæ natura serviunt, libera putaris, & aliena pro tuis habueris, fore, ut impediaris, lugeas, perturberis, Deos hominesque accuses. Sin id solum tuum existimaris, quod tuum est; alicui vero, ut sunt, aliena: te nemo coget unquam, nemo impiediet, neminem accusabis, neminem cri-

A 4

πί-

δένα, ὅσα ἐγκαλέσεις πινί, ἄκων πράξεις εἰδὲ ἐγ, εἰδείς σε βλάψει, ἔχθρὸν εἶχ ἔξεις. εἰδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείση.

1 Μίμνησο ἕν. Proinde memen-
to,] Hoc caput nihil nisi con-
fectarium duorum præcedentium. Id
quod nititur isto axioma: *Contra-*
riarum causarum contraria sunt effe-
cta. Snenanus.

2 Οὐδείς σε ἀναγκάσει εἰδέ-
πασ. Τε πέπο. coget unquam.] Ad
verbum, nemo tibi necessitatem
imponet, aut te necessitate con-
stringet ad aliquid faciendum, quo-
minus plenius libertate fruaris,
sisque tuarum actionum dominus.
Idem.

3 Ἀκων πράξεις. Inventus ages.]
In quibusdam editionibus pessimè
pro πράξεις legitur πράξαις, quod
vitium, non nisi typhotetarum festi-
nationi, adscribi potest.

4 Ἐχθρὸν εἶχ ἔξεις. Inimicum
non habebis.] Quicumque enim ini-
micus erit tibi, si tu non in eum

minaberis, nihil ages in-
vitus, nemo te lædct, ini-
micum non habebis. Ne-
que enim ullam calamita-
tem accipies.

inimico eris animo, is in ea poterit
nihil, quæ tua tantum sunt: quæ
hisce quatuor vocibus cap. 1. com-
plectitur, videlicet ἰπικλήσι, ὀρμηῆς, ὀρέξι, ἐκκλίσι. Si
quid in reliqua valebit, ea extranea
sunt & aliena: iis itaque te spo-
lians, proprie te non læderit: Sne-
canus.

5 Οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείση.]
Politiani versio hæc non agnoscit, &
videntur supervacanea, cum jam præ-
cesserit εἰδείς σε βλάψει. Melius ta-
men, (ut ego censeo,) *Paraphrasi,*
quæ hæc posteriora exhibet, expun-
ctis illis. *Casaubonus.*

Οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείση.
Neque, enim ullam calamitatem acci-
pies.] Ad verbum: Non enim noxium
quid patieris. Id quod ex superioribus
satis liquet, quomodo sit accipien-
dum. Snenanus.

δ.

CAP. IV.

1 Τηλικύτων ἔν ἐφίε-
μην, μέμνησο ὅτι
εἰ δὲ μετρίως κεκινημέ-
νον ἄπτεαυ αὐτῶν· αἰλ-
λά τὰ μὲν ἀφίεναι πυν-
τελῶς, ἡ τὰ δὲ ὑπερ-
πίθεσθαι πρὸς τὸ πικρόν.
3 εἰάν δὲ καὶ πῶπε θέλῃς,
4 καὶ ἀρχεῖν καὶ πλεῖσθαι,
5 τυχὸν μὲν εἰδὲ αὐτῶν
τῆ.

Cum igitur tantas res
cappetas, sic eas suf-
cipiendas esse memento,
ut sis non mediocriter
incitatus; atque alia pe-
nitus relinquenda, alia in
præsentia omittenda cen-
seas. Quod si & illas de-
sideraris, & magistratus
etiam atque opes appetie-
ris, & tuos florere volue-
ris:

τῶν τῶ ξη, ὁ δὲ τὸ καὶ τῶ
 αὐτέρων ἐφίεσθ' πάν-
 τως γε μὴν ἑκείνων δόπο-
 τῶ ξη, δι' αὐτὸν μόνον ὁ δὲ αὐ-
 μονία καὶ ἐλευθερία περι-
 γίνεται.

ris : fortasse ne hæc qui-
 dem assequeris, propter
 earum, quas ante diximus,
 cupiditatem : iis certe
 omnino exicides, per quas
 solas felicitas & libertas
 comparatur.

1 Τηλικύτης ἐν ἐφίεσθ' μί-
 μνησι ὅτι καὶ δεῖ μετρίως κεινη-
 μένον, ἀπὸ αὐτῶν. In tanta-
 tum igitur appetitione rerum, sic eas
 suscipiendas esse memento ; ut prorsus
 omni vales animi perturbatione.]
 Rectius Simplicii Commentarius :
 τηλικύτων ἐν ἐφίεσθ' μίμνη-
 σο ὅτι καὶ δεῖ μετρίως κεινημένον
 ἀπὸ αὐτῶν. Quum igitur tantas
 res appetas, sic eas suscipiendas esse
 memento, ut sis non mediocriter
 incitatus. Quam lectionem & Po-
 litianus est sequutus. De pluribus
 locutus est ; ergo τηλικύτων. Serio
 suscipiendum monet philosophiæ stu-
 dium, ergo καὶ δεῖ redundat, quod qua-
 tuor reliqui codices habent : à quibus
 deceptus, verteram : Vt prorsus om-
 ni vales animi perturbatione. quæ
 sententia etiam cum ἀπαθεία Stoi-
 corum convenit, philosophiæ ty-
 ρονi tamen haud quaquam convenit,
 quem incredibili cupiditate sapientiæ
 inflammatum esse vult : adeo ut il-
 lud ex Evangelio desumptum ei dici
 possit :

Ἐν μαργαρίτῳ πρῶτον,
 Ἀποδοῦς ἀπὸ αὐτοῦ, λαμβάνει.
 Vnam margaritam pretiosam omni-
 bus opibus tuis emito. Wolfius.

Monet hoc commate, serio susci-
 piendum esse philosophiæ studium ;
 utque hoc fiat commode, quædam
 omitti sive relinqui prorsus suadet,
 quædam differri ad tempus. Sne-
 canus.

2 Ταῦτα δὲ ὑπερπληθῶς αὐτὸς τὸ
 παρῶν. Alia in presentia omittenda
 censetur.] Malim, differenda ; id enim

significat verbum ὑπερπληθῶς. Dif-
 ferre vero eas res externas jubet, Sim-
 plicio interprete, quæ prudenter tra-
 ctatæ bonis animi non officiant :
 cujusmodi sunt, parare domum &
 servum, legitima nuptiæ, ingenio-
 rum liberorum procreatio, justus ma-
 gistratus, aliquando etiam rerum
 necessarium curatio. Hæc omnia
 & id genus alia in præsentia esse dif-
 ferenda monet virtutis studiosos, id-
 que merito : quod nullis omnino re-
 bus eos distrahi oporteat, & à studio
 virtutis atque exercitatione abstrahi,
 qui eam perfecte consequi cupiant,
 Snesanus.

3 Ἐάν τις καὶ τῶν ἰσθῆλης. Sin &
 hui voluerit.] Scilicet, πῶς ἐν φιλασο-
 φίας ἀπὸ γυνόμηναι. Ea quæ Philoso-
 phiæ præstat. Wolfius.

4 Καὶ ἀρχὴν καὶ πλεῖσιν. Et im-
 perare & esse divem.] Politianus ad-
 dit, Domesticos dirigere. Legit for-
 tasse, τὸς οἰκείους ἀθύνειν, quod
 perperam scriptum fuisse reor, pro
 ἀθλῶν, necessarios tuos florere.
 Volumus autem in primis nobis bene
 esse, mox etiam nostris & aliis. Dis-
 crimem Ἐθύνων καὶ ἀθλῶν, vel
 pueris notum est. Wolfius.

Ἀρχὴν καὶ πλεῖσιν.] Latina Wol-
 fi auctiora sunt his verbis. & tuos
 florere : quæ ille, ut in notis docet,
 sola conjectura fretus, ex Politiani
 versione sumpsit. Conjicit autem Po-
 litianum in suis codicibus reperisse,
 καὶ οἰκείους ἀθλῶν : quæ cum ne-
 que Simplicii, neque Paraphrasi
 agnoscat, nos adulterina censemus.
 Si quid in Græcis desideratur, hoc
 A 5 potius,

potius, ex Simplicio, fuerit, καὶ τὴν
 οἰκίαν διδωμίαν: (quemadmodum
 & Politianum reperisse, ex ipsius
 versione, & domesticis dirigere, cre-
 dibile est:) quod oppositum fuerit
 τὸ ἀρχὴν, & τὸ πλεῖν. Sed mi-
 nime opus est, & melius opinor, ab-
 sint, cum in istis, εἰάν ἢ καὶ ταῦτα
 (propria bona scilicet) καὶ ἀρχὴν καὶ
 πλεῖν, (externa:) manifesta sit
 oppositio. *Casaubonus.*

5 Τυχὸν εἰδὼν αὐτῶν τῶν τῶν τυξή.
 Fortassis nec hac ipsa assequeris.] καὶ
 ἀρχὴν πὶ εἰ πλεῖν. Nec magi-
 stratus nec opes assequeris. *Wolffius.*

6 Διὰ τὸ εἶπε ἀρετῶν ἰφιστοῦ.
 Eo quod priora quoque desiderat.] Ea
 scilicet, quæ philosophia confert,
 libertatem, tranquillitatem animi,
 securitatem. Significat animum in
 duas partes distractum, nec fortunæ
 muneribus, nec philosophiæ bonis
 potiri; quod altera cura impediatur
 alteram, nec tantam esse patiatur,
 quantum sit opus. Sed hoc intelligatur
 de philosophiæ tyrocinio. Nam præ-

cepta rebus gerendis prælucent, &
 illustrantur usu vitæ, & crebris vir-
 tutis actionibus, si probe intellecta
 & animis infixæ fuerint. Philoso-
 phandum est igitur ab ineunte ætate,
 animo aliis curis libero, ut quæ tum
 cognita perceptaque fuerint, ad præ-
 randas & tuendas opes, ad magistra-
 tus adipiscendos & gerendos, ad
 omnes denique vitæ casus ferendos
 accommodentur. τὴν ἀρετῶν, prio-
 ra dicit: vel τὰ ἀρετῶν εἰρημίαν
 ea quæ ante exposuit, quæque rectum
 iudicium sequuntur: non autem τὰ
 πρὶν φιλοσοφῆσαι, ea quæ deside-
 ratis ante philosophiam, ut volupta-
 tes, honores, divitias: vel τὰ ἀρε-
 ταιώτερα, præstantiora. Nam tran-
 quillitas animi, verumque iudicium,
 utique divitiis & honoribus præstant,
Idem.

7 Εὐκρίων δὲ τυξή. Illi exequi
 des. καὶ ἀρετῶν, prioribus & po-
 rioribus: Carebis animi tranquillita-
 te, si avarus & ambiciosus fueris,
Idem.

εἰ.

CAP. V.

Ἐὐθὺς εἶν, πάση φαν-
 τασίᾳ τραχεία, με-
 λέτω σπιλέγειν, ὅτι,
 φαντασία² εἶ, καὶ εἰ πάν-
 τως τὸ φανόμενον. ἐπι-
 τα ἐξέταξε τοῖς κατόσι
 τάτοις, οἷς ἔχεις. πρώτῳ
 δὲ τῶν, καὶ μάλιστα, πό-
 τερον πρὸς τὰ ἐφ' ἡμῶν
 εἶν. ἢ πρὸς τὰ ὄσα ἐφ'
 ἡμῶν, καὶ πρὸς τὰ ὄσα
 ἐφ' ἡμῶν ἢ, πρόσθρον ἔσω
 τῶ, διότι εἰδὼν πρὸς σέ.

Itaque visō cuivis aspe-
 ro, statim sic, ut respon-
 deas, operam dabis: visum
 id esse, nec plane id quod
 videatur. Post, in exqui-
 rendo, eas adhibeto regu-
 las, quas habes, eamque
 cum primis ac potissim-
 um, Utrum id visum in
 rebus versetur nostræ po-
 testati subiectis, an vero
 alienis. Quod si in alienis;
 in promptu sit, illud ad te
 nihil attinere.

εἰ εὐθὺς

ἰ Εὐθὺς ἐν πάσῃ φαντασίᾳ
 ἀσχεσίᾳ.] Nulla in verbis difficul-
 tas, in re, maxima, si ad crucia-
 tus & tormenta corporis extendas:
 quorum acerbitatem sola opinione
 niti, & ad animum per se non per-
 tinere, haud facilis persuasio est.
 Non defuere tamen hac etiam æta-
 te celebres medici, qui hoc ipsum
 (referente Thuano, quorum libros
 nos ullo quoque vidimus) uerentur:
 nec ulla ætate defuerunt exempla
 cuiuscunque professionis & Secta-
 rum, virorum cum mulierum, qui
 sola animi *obstinatio*, & quam vo-
 cant alii *εὐλάβη* muniti, diris-
 sima quæque, quæ ab iratissimis ex-
 cogitari poterant, summâ constan-
 tia sine ulla doloris significatione,
 toleraverunt. Martyrum præci tem-
 poris, quamvis *obstinatiorem* & illis
 istius ævi ethnicis iniquissime & im-
 peritissime, ut alibi ostendimus,
 objicerent; alia longè ratio. Sed
 nos id nunc non agimus. *casubonus.*

Πάσῃ φαντασίᾳ ἀσχεσίᾳ.
 Cuius visio aspero.] τὸ ἀσχεσίᾳ
 nonnulli codices non habent, &
 meo iudicio rectius omittitur: et si
 φάρμακον σφόν adhibet Simpli-
 cius. Sunt enim φαντασίαι non
 tantum ἀσχεσίαι, asperæ: sed
 etiam λείαι, hoc est, leves &
 blandæ. Sed quia verba hæc mi-
 nus exercitatis obscura videntur,
 exemplo declaranda sunt. φαντα-
 σίαι (quod visum, aut visionem
 Latini dicunt) appellat eas cogi-
 tationes, quæ ex rebus objectis ori-
 untur: ut si adolescenti studioso
 & pauperi formosa & dives mulier
 despondeatur, phantasia hæc statim
 in eo excitatur, rem esse præcla-
 ram, paucis sui loci atque ordinis
 talem offerri occasionem: non igitur
 esse negligendam: species præ-
 clara est, incautumque facile decipit.
 Sed si idem paulo cordatior,
 secum reputet: Mulieres formosas
 atque divites, lascivas, superbas,
 fastidiosas, imperiosas esse: opes

non sine magna sollicitudine con-
 servari: se despectui & derisui fo-
 re affinibus, aut certe invisum: si
 morem gerere velit uxori, aut læ-
 surum valetudinem, aut alia gra-
 viora toleraturum: neglecturum esse
 studia literarum: mulierculæ
 denique non tam amantis, quam
 prætextum libidinum suarum qua-
 rentis, fore mancipium: fortassis
 intelliget, id quod Epictetus dicit,
 doctam & *βίσιον* mulie-
 rem non summum esse bonum,
 sed plane φαντασίαν & falsam
 speciem, Hesiodæ Pandoræ in-
 stitit, pyxidem malis omnibus re-
 fertam, secum afferentem. Idem
 esto iudicium de phantasiis imperii,
 honoris, aliarumque rerum, quæ
 sæpius inani specie blandiri, quam
 revera beate solent. Eadem fere
 ratio est rerum tristicium & adversa-
 rum, ut putantur, quæ sæpe in re-
 cessu multum boni habent, quod
 prima fronte nequaquam pollicen-
 tur: ut paupertas sobrios, modestos,
 industrios plerumque facit: opulen-
 tia luxuriosos, arrogantes, ignavos.
Wolfius.

ἰ Πάσῃ φαντασίᾳ ἀσχεσίᾳ.
 Cuius visio aspero.] τὸ ἀσχεσίᾳ
 nonnulli codices non habent: &
 videtur omitti posse. Legit tamen
 Simplicius, & aspera visa interpretatur
 appetitiones & aversiones
 rerum externarum; ut quæ brutæ
 sunt, & væcordes, quæque immo-
 deratis & perturbatis commotioni-
 bus verè exasperant vitam; atque
 ita illis asperis visis opponuntur
 φαντασίαι λείαι, id est, leves &
 blandæ. Vide Wolfium. Visa au-
 tem appellat species sive imagines
 rerum objectarum; de quibus pas-
 sim per totum hoc scriptum. Ea
 porto modo res veras verèque uti-
 les & jucundas representant, modo
 inania simulacra, cæu ægri somnia,
 comminiscuntur. Regulas iudican-
 di visis multas tradit Simplicius in
 commentario ad hunc locum, quas
 qui

qui volet, inspiciat. Epictetus, fundamento à se primo capite totius tractatus praestruendo insilens, ex eo unam

tantum deducere satis habuit; quæ hic subjicitur. *Senecanus.*
2 [i.] *Lege. ἐπι. Wolfius.*

5.

Μέμνησο ὅτι ὀρέξεις
μὴ ² ἐπιγυγῆλια,
τὸ δῆτυχεῖν, ἔ ὀρέγη
ἐκκλίσεως. δε ἐπιγυγῆ-
λία, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν ἐ-
κείνω, ὃ ἐκκλίνεται. ἔ
ὃ μὴ ὀρέξει ἀποτυχα-
νων, ἀτυχῆς ὃ ἔ ἐκ-
κλίση ³ πεπιπίπων, δυσ-
χῆς. ἀν μὴ ἐν μόνῃ ἐκ-
κλίσης ⁴ τὰ ὡρε Φύσιν
τῶ δῆ σοι, ἔδενι ὡν ἐκ-
κλίνεις πεπιπεσεῖ. ⁵ νό-
νον δῆ ἀν ἐκκλίσης, ἢ θά-
νατον, ἢ πενίαν, δυσ-
χῆσος.

¹ Μέμνησο ὅτι ὀρέξεις μὴ
ἐπιγυγῆλια. *Appetitionis eam esse pol-
licitationem memento.* Observatione
dignum putat Simplicius, quod
Epictetus cap. quarto, & deinceps,
crebro utatur verbo MEMEN-
TO, quo rationis compotem ani-
mum compellat. Etenim is ratio-
nes rerum semper conjunctas ha-
bet, earumque quasi innatam veri-
tatem circumfert: sed aliquando,
velut deficiente acie, ob distractio-
nem ejus facultatis, in oblivionem
ruit; quæ ipsi malorum omnium
causa est. Ideoque flagitat, ut illud
MEMENTO crebro ei ad aures
accinatur. *Senecanus.*

Ὅτι ὀρέξεις μὴ ἐπιγυγῆλια.

CAP. VI.

Appetitionis eam esse
pollicitationem me-
mento, fore ut consequatur
id quod appetat: Aver-
sationis, ne in id incidat
quod aversetur. Is porro
quem appetitio frustratur,
infortunatus est: qui in id
incidit quod aversetur, ca-
lamitosus. Itaque si ea so-
lùm avertere, quæ eorum
naturæ, quæ in tua pote-
state sunt repugnant; in
eorum, quæ averfaris, nihil
incides: At si morbum
averferis, aut mortem, aut
inopiam; calamitatem sub-
ibis.

Appetitionis pollicitationem esse.] Est
proseropocia quædam Cupiditatis
cum homine colloquentis. Rudi-
bus apertior esset oratio, si ita
locutus esset: Cum aliquid appe-
tis, fore speras, ut id consequaris,
& voti compos fias, & reliqua.
Wolfius.

² *Επιγυγῆλια]* Cum Suidas ex
vetere nescio quo ἐπιγυγῆλιον pro
αἰψείας: & ἐπιγυγῆλιον ea notio-
ne (pro poscere, cupere;) ab omni-
bus agnoscat: quis dubitet quin
ἐπιγυγῆλια hoc loco sit potius *poscu-
lacio*, quam *pollicitatio*? Certe, tan-
tum abest, ut quæ cupiant homines,
semper sibi polliceantur; ut non
pauci præ desperatione animi & in-
poten-

potentia , ne vivere quidam sustineant. *Casaubonus.*

3 Παροπίλων.] ἀεπίλων legendum videtur, idem quod ἐμπίπων. unde ἀεπίλωσις, & ἀεπίτωσις τῆσιν τύχης. *Wolfius.*

4 Τὰ παρὰ φύσιν ἢ ἐπὶ σπουδῆς. Quæ natura eorum, quæ in sua potestate sunt, adversantur.] His adversantur utique, falsa opinio, pravus & corruptus appetitus, omnes animi perturbationes, quas in hominis esse potestate volunt Stoici: non ita

fortassis, ut non existant (Id enim Dei cuiusdam potius quam hominis fuerit) sed ut rationi obediant. *Idem.*

5 Νόσον δὲ ἀνὸς ἐκκλίνας, ἢ γένεσιν, ἢ πένειαν, δυσυχίης. At se morbum auferis, aut mortem, aut inopiam; calamitatem subibis.] Ita optime habebat *Wolfiana* editio: in plerisque vulgatis, inter quas etiam *Casauboniana*, legitur pessime: Νόσον δὲ ἀνὸς ἐκκλίνας, γένεσιν, ἢ πένειαν, δυσυχίης.

ζ.

C A P . VII.

Ἄρον εἶν τιῶν ἐκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν ὅσα ἐφ' ἡμῖν, καὶ μεταξὺς ἵπτι τὰ παρὰ φύσιν ἢ ἐφ' ἡμῖν. τιῶν ὀρέξιν ἢ παντελῶς ἵπτι τῶν παρόντων ἀνελε. ἀν τε γὰρ ὀρέγη τῶν ὅσα ἐφ' ἡμῖν τινῶν, ἀτυχεῖν ἀνάγκη. τῶν δὲ ἐφ' ἡμῖν, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἀν, εἰ δὲν εἰδέπω σοὶ πάρεστι. μόνον δὲ τῶν ὀρμαῶν καὶ ἀφορμαῶν χρῶν, καὶ φως μὲν πρὸς καὶ μεθ' ὑπεξαίρεσσεως, καὶ ἀνεμύως.

Aversationem igitur ab iis rebus amovebis omnibus, quæ in nobis sitæ non sunt: atque in eas transferes quæ naturæ eorum, quæ nostri arbitrii sunt, repugnant. Appetitionem autem hoc tempore prorsus auferito, nam si ea, quæ nostri arbitrii non sunt, desideraris, frustrari necesse erit. Ea vero quæ nobis parent, quatenus recte possint expeti, nondum es assecutus. Sed eo tantum utitor motu animi, quo vel accedas ad eas res, vel ab iisdem recedas: verum leviter, & cum iitimatione, & remisse.

1 Μεταξὺς ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν ἢ ὅσα ἐφ' ἡμῖν. Transfer in ea quæ natura illorum repugnant, quæ in nostra potestate sunt.] Videntur & hæc iudicioribus obscura quæ dilucidiora

essent, si scripsisset: Aversare falsas opiniones, stultias & pravos cupiditates, turpitudinem & dedecus. Hæc enim ut fugere, ita etiam effugere poteris. *Wolfius.*

Επίκουρος

Epictetus Cap. LXXXI. illa doctæ esse signa proficientis in virtute. *Senecanus.*

2 Τῶν δὲ ἴσθ' ἡμῖν ὄσον ὀρέζασθαι ἡγρότων ἀνδρῶν, εἰδέναι δὲ πῶς οὐκ ἀποκρίσται. *Et nota, qua nobis parent quatenus resistere possint experiri, nondum eis assensurum.]* Satis apparet, auctori huic negotium esse cum titone philosophiæ initiando, quem vult Academico more ἐπιτρέχειν καὶ ἀποκρίσασθαι, cohibere assensum & amplius deliberare: & in ea ἐπιτροχῇ ἰλασθῆναι μῦθον, ἢ παρρησιάζειν: hoc est, potius citra resistere, quam ultra progredi, ut monet Iſocrates. Quemobrem uicitur Epictetus tribus hinc vocibus; καὶ φωνῆ, leviter, ἀνεπαρῆτως, remisse, καὶ μὴ ὑπεξαίρετως, cum imminutione, eodem fere sensu. Est enim ὑπεξαίρεσις, cum paulum aliquid affectui subtrahitur. Significat vero, vitandum esse juvenile illud vitium, quo nimium in aliquam partem mortales inclinant. Hanc fuisse auctoris mentem, sequentia docent. Sic itaque Simplicius. Propendere & abhorretere leviter & remisse jubet, καὶ μὴ ὑπεξαίρετως, hoc est, sic ut non nihil laxetur, & non ad summum extendatur appetitus & declinatio, propensio & avertio. *Idem.*

3 Καὶ μὴ ὑπεξαίρεσις.] Policianus, cum supputatione: Naogeorgus, cum exceptione. Sed quia Simplicius interpretatur; καὶ τῶν ἐπιδοδόντων τι ὀλίγον, καὶ μὴ εἰς ἀκρον ἐπιτείνων, cedendo & laxando paululum, non ad summum intendendo: ego verti, cum imminutione. Esti hæc tria, καὶ φωνῆ leviter, ἀνεπαρῆτως remisse, καὶ μὴ ὑπεξαίρεσις cum imminutione, synonyma fortasse sunt. ὑπεξαίρεσις certe significare id potest, cum paulatim aliquid affectui subtrahitur. Si quis autem intelligere mavult, cum exceptione vel conditione: sensus erit, ut opinor. Eâ conditione res vel appetite vel

avertere, si expectanda fugienda videntur. Vult enim Epictetus, tyrones philosophiæ interdum Academico more ἐπιτρέχειν καὶ ἀποκρίσασθαι, cohibere assensum, & amplius deliberare: & in ea ἐπιτροχῇ ἰλασθῆναι μῦθον ἢ παρρησιάζειν: hoc est, potius citra resistere, quam ultra progredi, ut monet Iſocrates: *Wolſius.*

Ms. ὑπεξαίρεσις.] Wolſius, cum diminutione. Pridem autem est, cum non Wolſium quidem melioris vitæ compotem; (qui, quæ fuit insignis ejus eruditio, pari modestiâ juncta, statim emendasset, & gratias monentibus egisset;) sed Lugdunensium Notarum auctores nostris in Antoninum Notis publicè monuimus, fere sensu. Est enim ὑπεξαίρεσις, cum paulum aliquid affectui subtrahitur. Significat vero, vitandum esse juvenile illud vitium, quo nimium in aliquam partem mortales inclinant. Hanc fuisse auctoris mentem, sequentia docent. Sic itaque Simplicius. Propendere & abhorretere leviter & remisse jubet, καὶ μὴ ὑπεξαίρετως, hoc est, sic ut non nihil laxetur, & non ad summum extendatur appetitus & declinatio, propensio & avertio. *Idem.*

Ms. ὑπεξαίρεσις.] Policianus, cum supputatione: Naogeorgus, cum exceptione. Sed quia Simplicius interpretatur; καὶ τῶν ἐπιδοδόντων τι ὀλίγον, καὶ μὴ εἰς ἀκρον ἐπιτείνων, cedendo & laxando paululum, non ad summum intendendo: ego verti, cum imminutione. Esti hæc tria, καὶ φωνῆ leviter, ἀνεπαρῆτως remisse, καὶ μὴ ὑπεξαίρεσις cum imminutione, synonyma fortasse sunt. ὑπεξαίρεσις certe significare id potest, cum paulatim aliquid affectui subtrahitur. Si quis autem intelligere mavult, cum exceptione vel conditione: sensus erit, ut opinor. Eâ conditione res vel appetite vel

avertere, si expectanda fugienda videntur. Vult enim Epictetus, tyrones philosophiæ interdum Academico more ἐπιτρέχειν καὶ ἀποκρίσασθαι, cohibere assensum, & amplius deliberare: & in ea ἐπιτροχῇ ἰλασθῆναι μῦθον ἢ παρρησιάζειν: hoc est, potius citra resistere, quam ultra progredi, ut monet Iſocrates: *Wolſius.*

Ms. ὑπεξαίρεσις.] Wolſius, cum diminutione. Pridem autem est, cum non Wolſium quidem melioris vitæ compotem; (qui, quæ fuit insignis ejus eruditio, pari modestiâ juncta, statim emendasset, & gratias monentibus egisset;) sed Lugdunensium Notarum auctores nostris in Antoninum Notis publicè monuimus, fere sensu. Est enim ὑπεξαίρεσις, cum paulum aliquid affectui subtrahitur. Significat vero, vitandum esse juvenile illud vitium, quo nimium in aliquam partem mortales inclinant. Hanc fuisse auctoris mentem, sequentia docent. Sic itaque Simplicius. Propendere & abhorretere leviter & remisse jubet, καὶ μὴ ὑπεξαίρετως, hoc est, sic ut non nihil laxetur, & non ad summum extendatur appetitus & declinatio, propensio & avertio. *Idem.*

Ms. ὑπεξαίρεσις.] Policianus, cum supputatione: Naogeorgus, cum exceptione. Sed quia Simplicius interpretatur; καὶ τῶν ἐπιδοδόντων τι ὀλίγον, καὶ μὴ εἰς ἀκρον ἐπιτείνων, cedendo & laxando paululum, non ad summum intendendo: ego verti, cum imminutione. Esti hæc tria, καὶ φωνῆ leviter, ἀνεπαρῆτως remisse, καὶ μὴ ὑπεξαίρεσις cum imminutione, synonyma fortasse sunt. ὑπεξαίρεσις certe significare id potest, cum paulatim aliquid affectui subtrahitur. Si quis autem intelligere mavult, cum exceptione vel conditione: sensus erit, ut opinor. Eâ conditione res vel appetite vel

των ἀδωμάτων σὺν ὀρέγῃ. Idem lib. 11. ex Epicteto Τέχνην ἢ ἔφη ἀφ' ἧς τὸ συνηπηρεῖται ὄρεσιν, καὶ ἐν τῷ ἀφ' ἧς τὸ ὄρεσιν τὸ πῶς ἴα μὲν ὑπεξαίρεσις, &c. Omitto quæ vir diligentissimus & doctissimus, Henr. Stephanus, ex aliis super hac voce.

Cupiditatum diminutio, & si quæ sunt ejus generis, in Seneca aliisve, alio pertinent, & hic profusæ ἀπροσδιό- νουσι, ut ex inspectis locis cuivis li- quere potest. Politianus verterat, cum *supputatione*: quod Wolfus merito mutandum credidit. *Casaubonus.*

η.

CAP. VIII.

Ἐφ' ἑκάστη τῆ ψυχὰ-
 γωγάντων, ἢ χρῆσαν
 παρεχόντων, ἢ ἐργομέ-
 νων, μέμνησο ὀπιλέγειν
 ὅποιόν ἐστιν, ἀπὸ τῆ σμι-
 κροτάτων ἀρχομένη.
 ἂν χύτραν ἐργῆς, ὅτι
 χύτραν ἐργῆς. κατα-
 γείσης γὰ αὐτῆς, & τα-
 ραχθήσῃ. ἂν παιδίον
 σαυτῆ καταφιλήσῃ, ἢ γυ-
 ναῖκα, ὅτι ἀνθρώπων κα-
 ταφιλεῖς· ἀποθανόντι
 γὰ αὐτῆ & παραχθήσῃ.

Singulis in rebus, quæ
 sive delectant, vel usui
 serviunt, vel diliguntur,
 memento considerare cu-
 jusmodi sint; exorsus à
 minutissimis. Si ollam
 diligis, te ollam dilige-
 re: nam ea contracta, non
 perturbaberis. Si filio-
 lum, aut uxorem, ho-
 minem à te diligis: nam
 eo mortuo, non pertur-
 baberis.

I ἂν χύτραν ἐργῆς. Si ollam diligis.] Et si Epictetus, ut con-
 temptor divitiarum, villum rerum
 exempla profert, ut balnei, ut lactu-
 cacum, & aliorum id genus: tamen
 Simplicius aptius, ut opinor, verbum
 habet, ἂν χύτραν σίης, ὅτι χύτραν
 σίης. Si ollam tractas, aut agitas,
 te ollam tractare: hoc est, rem fra-
 gilem, & agitationis atque allisionis
 impatientem, ut & vitrum. Unde
 Mimographus: *Fortuna vitrea est:*
qua cum splendet, frangitur. For-
 tassis allusit ad dolium Diogenis.
Wolfius.

rem censeo, ἂν χύτραν σίης, ὅτι
 χύτραν σίης. Fortasse in aliqua
 parte Simplicii obiter ista: proprio
 certè loco, id est, in hoc Epicteti
 caput, ut exhibet editio Sabmasii,
 nihil tale reperio: imo, ni me fal-
 lunt oculi, planè contrarium: ὅτι
 ἐπὶ τῆς χύτρας ἀπὸ τῆς χύτρας
 ἀγαπηθῆς; quod quid est quàm
 ἐργασθῆς; non certè, σιῶν ἢ
 Παραπράξῃς etiam, ἂν ποτήριον
 ἐργῆς, ἂν χύτραν. In Arriano for-
 tasse, aut aliquo vetere codice ita
 repererat Wolfius, & fraudi fuit ei
 memoria (ut passim vel doctissimis)
 festinanti. Quare autem aptiorem
 istam lectionem crediderit Wolfius,
 non

Wolfius in Notis lectionem
 profert ex Simplicio, quam aptio-

non dicit, sed est manifesta, si quis observet, ratio, ex ipso contextu petita. Statim enim initio, quæ chara cunque habent homines, trifariam diviserat, τὰ ψυχολογικὰ, τὰ χρείας παρέχοντα, & τὰ στεγαστικά; id est, quæ naturali quadam ratione, seu instinctu diliguntur: ut Simplicius pluribus exequitur. Atqui χύτρα & similia non possunt esse τῶν στεγασμένων simpliciter & proprie, sed ad secundum genus pertinent. Quod cum videret Simplicius, (qui tamen nihil objicit) ἐν χρεία & διὰ τὴν χρείαν, quo ad secundum genus ita pertinere intelligeremus, prudenter addidit. In tanto tamen veterum codicum consensu; confirmantibus etiam

tum Simplicio, tum *Paraphraseos* (ut vidimus) auctore, nihil mutandum censeo: & quicquid hic est ἀνευλογίας, ab ipso esse Arriano: Sed nec τὸ σείειν adeo hic aptum, ut mihi quidem videtur. Cum igitur hæc editio Lugdunensis, quàm fideliter exhibere nos professi sumus, τὸ σείειν, nulla reddita ratione, nisi quod Wolfii notæ sub alieno nomine totidem verbis apponuntur, exhiberet; nos quod in omnibus alijs (etiam Salmatianæ) nobis visis, invenimus, revocandum censuimus. *Cassaubonus.*

Quomodo vero in hisce sublimior pateat sensus, apparet exemplo filii & uxoris, quo post utitur auctor. *Senecanus.*

§.

CAP. IX.

Ὅταν ᾤψαδά τι πινῶ
ἔργα μέλλης, ὑπο-
μείνησθε σαυτῶν, ὅπιόν
ἐστὶ τὸ ἔργον. εἰάν λαβάμε-
ν ᾤψαδος, πρόσβαλε
σαυτῶ τὰ γινόμενα ἐν
βαλανείῳ. ¹ τὰς δαπύ-
ραινόντας, ² τὰς ἐκκρο-
μύδας, τὰς λοιδορῶντας,
τὰς κλέπτοντας. καὶ ἔτιως
ἀσφαλέστερον ᾤψαδος ἔρ-
γα, εἰάν Ἰππλέγης, ὅτι,
ὡθὺς λαβῶντος θέλω, καὶ
ἔτι ἑμαυτῶν παραίρεσιν
καὶ φύσιν ἔχουσαν τηρή-
σαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἐκά-
στῶ ἔργῳ, ἔτι ἂν πινῶ
πρὸς

Opus aliquod aggressus, ipsi tibi subji- cito, cujusmodi sit illud opus. Si lavatum abieris, ea tibi proponitur quæ fiunt in balneo: alios perfundi, alios loco pelli, alios concubia facere, alios furari. Sic tutius rem aggredieris, si ipse tibi dixeris: Et statim lavabo, & meum institutum naturæ congruens conservabo. Eodemque modo in unoquoque negotio. Sic enim, si quid impedimento lationi tuæ fuerit, in promptu erit: Equidem non hoc solum volui, sed & institu-

πρὸς τὸ λάσκαζ γένηται
 ἐμποδῶν, πρὸ χειρον ἔσαι,
³ Δίοπι εἰ τῷτ ἤμελον μό-
 νον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐμαυτῶ
⁴ πρῶταίρεσιν καὶ φύσιν
 ἔχουσαν τηρήσαι. εἰ τηρήσω
 δε, εἰὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ
 γινόμενα.

¹ Τὸς δασπύροντας. *Alios perfunden-
 dentes.*] Id est, destillantés. Alii le-
 γουσι, δασπύροντας, sese perfunden-
 tes, eodem sensu. *Wolfius.*

² Ἐγκρομήεις. *Loco pelli.*] Id
 est, ἐνοχλημήεις, quibus nego-
 tium facillitur. Alii ἐγκρομήεις,
 id est, ἀθεμήεις; eos qui pre-

stitutum meum, naturæ
 consentaneum, tueri vo-
 lui. Neque vero tuebor,
 si ea, quæ fiunt, ægre tu-
 lero.

mittuntur, aut loco pelluntur. *Wol-
 fius.*

³ Δίοπι εἰ τῷτ.] *Lege: Δίοπι
 ἀλλ' εἰ τῷτ.* Idem.

⁴ Πρῶταίρεσιν καὶ φύσιν. *Institu-
 tum natura congruens.*] Id capite tri-
 gesimo postea, l. 4. appellat ἐνστασι
 quem locum vide. *Sneccanus.*

ί.

CAP. X.

Ταραχῆς τὸς ἀνθρώ-
 πους, εἰ τὰ πράγμα-
 τα, ἀλλὰ ¹ τὰ πρὸ τῶν
 πραγμάτων δόγματα,
² οἷον θάνατος, εἰ δὲν δει-
 νόν, ³ ἐπεὶ καὶ Σωκράτης
 αὐτὸ ἐφαίνετο. ἀλλὰ τὸ
 δόγμα τὸ πρὸ θανάτου,
 ὅτι δεινὸν ἐκείνο, τὸ δεινόν
 ἐστίν. ὅταν εἴν ἐμποδιζώ-
 μεθα, ⁴ ἢ παραπίωμεθα,
 μηδέποτε ἄλλως αἰπιώμε-
 θα, ἀλλ' ἐαυτὸς, τὰς τῆς
 ἐαυτῶν δόγματι. ⁵ ἀπη-
 δάττε ἔργον, τὸ ἀλλοις
 ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς
 πράσ-

Homines perturban-
 tur, non rebus, sed
 iis quas de rebus habent
 opinionibus. Verbi cau-
 sa: Mors non est ma-
 lum; alioqui enim & So-
 crati ita visum esset: sed
 opinio de morte, quæ
 malum eam facit. **C**um
 igitur impedimur, aut
 distrahimur; non alios
 culpemus, sed nosmet
 ipsos, hoc est, nostras
 opiniones. Alios accusa-
 re in calamitate sua, ho-
 minis est ineruditi: se
 ipsum, ejus qui crudiri

B

ca;

πρώσθ κακῶς. ἤργμέ-
να παιδύεσθ, ⁶ τὸ εἰωλῶ,
πεπαιδευμένους, ⁷ τὸ μήτ'
ἀλλῶ, μὴθ' ἑαυτῶ.

cœpit : nec se, nec alium,
erudiri.

1 Ταῦτα ἀπὸ τῶν πραγμάτων δόγ-
ματῶν. *Decreta de rebus.*] Et huic pa-
radoxo medetur, ut potest, Simpli-
cius. Consilium certe nullo modo
potest, nisi aut graviora mala nos
vitare, aut majora bona consequi
putaverimus. Nam alioqui ista uni-
ca, misera illa quidem, & nescio
quam efficax in casibus acerbissimis
consolatio relinquitur, quæ apud
Homerum existat:

Ὡς γὰρ ἐπεκλώσασθε θεοὶ δὲ λαοῖσι
βροτοῖσι,

Ζώειν ἀχνυμένους καὶ ἀπερπία
θυμὸν ἔχοντες.

*Sic voluere dei, miseris mortalibus
vivam*

*Effet ut & mactum, & dura illa-
tabile cura.* Wolfius.

2 Οἷον θάνατον.] Rectius Sal-
masiana, cum articulo, οἷον ὁ θά-
νατος.

Οἷον θάνατον ἔστιν θάνατον. In
morte nihil est mali.] Si aut anima
cum corpore extinguitur, aut in lo-
cum meliorem transfertur. Sed si
pœnæ scelerum dandæ sunt, pericu-
losæ plenum opus alicui, ni veræ pie-
tatis clypeo sis munitus. Wolfius.

3 Ἐπει καὶ Σωκράτης ἂν ἐφαίνε-
το. Nam ita & Socrati visum fuisset.]
Syllogismus talis est. Quæ natura
terribilia sunt, omnibus terribilia
sunt, omnibus terribilia videntur.
Ut natura calida, frigida, pulchra, &
alia id genus, omnibus talia videntur,
his præsertim quorum natura in-
tegrior est, & prudentia major. Mors
non omnibus videtur terribilis, nam
Socrati visa non fuit, qui, cum effu-
gere posset, sustinuit tamen. Vide
Simplicium. *Sneecanus.*

4 Ἡ παρεπιώμενη, μηδὲ ποτε.]
Non facile divinare possum, unde
Salmasius hanc lectionem hausserit,
scilicet: ἡ παρεπιώμενη, ἢ λυπώ-
μενη, μηδὲ ποτε, &c. nusquam sane
ita legitur, & ipse hanc vocem λυ-
πώμενη non transtulit istius editio-
nis præfectus.

5 Α' παιδύεσθ ἐστίν. *Ineruditi est.*]
Id est, ejus qui non consideret, quæ
sui, quæ alieni juris sint, qui omnia
suo arbitratu fieri postulat, id quod
fieri neque potest, neque fortasse
debet. Wolfius.

Ante vocem Α' παιδύεσθ Sim-
plicius conjunctionem collocandam
existimat. Τῆτο σωμῆς τῆ ἀπὸ
αὐτῶ ἐστίν. καὶ ἐπερ εἰρησὶν. γὰρ
σύνδεσμον, ὡς λέγειν. ἀπαιδύεσθ
γὰρ ἐστίν ἕρπον τὸ ἀλλοῖς ἐγκλειν.
Hoc est: Cohæret hoc cum superiore; si-
que conjunctione addita legeretur:
Nam eruditi minus est, &c.

6 Τὸ εἰωλῶ. *Seipsum.*] Agnoscit
enim culpam suam, simulque in id
intentus est, ne denuo ad eundem la-
pidem impingat: hoc est, ne aliena-
rum rerum jus sibi arroget. Nam in
eo quod præcedit, τὰ ἀλλοῖς ἐγκλε-
λεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πρώσθθ κακῶς,
voces, (ἀλλοῖς & αὐτὸς) suam ha-
bent ἑμφασιν. Dilucidius c. 31. l. 5.
id ipsum effert: Per alium te non ma-
gis in calamitate esse posse, quam in
vitio: hoc est, eum solum esse cala-
mitosum, qui male sentiat & vivat:
non eum, qui negligatur, aut male
tractetur ab aliis. Wolfius.

7 Τὸ μήτ' ἀλλῶ, μὴθ' ἑαυτῶ.]
Salmasiana habet: Τὸ μήτε ἀλλῶ,
μήτε ἑαυτῶ. Melius tamen nostra,
& alia editiones.

ια.

Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῆς
 ἄλλοτριῶν περὶ κερή-
 ματι. εἰ ὁ ἴπῳ ἔπαιρό-
 μῳ ἔλεγε, ἂν ὅτι, κα-
 λός εἰμι, οἷσιν ἂν ἴπῳ. σὺ δ'
 ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμῳ,
 ὅτι, ἴπῳ καλὸν ἔχω, ἴδι
 ὅτι ἴπῳ ἀγαθῷ ἐ-
 παίρη. τί γὰρ ἐστὶ σὺν;
 2 χρεῖσι φωνησῶν. ἴδι
 ὅταν ἐν χρεῖσι φωνησῶν
 κτ' φύσιν χρεῖς, τῆνικαὶ
 ἐπαρῆση. 3 τότε γὰρ ἴπῳ
 σὺ πνι ἀγαθῷ ἐπαρῆση.

1 Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῆς ἄλλο-
 τριῶν περὶ κερήματι. Nulla aliena
 praestantia efferaris animo. [Quid ver-
 bo ἐπαρθῆς indicet, operæ est cogno-
 scere. Quippe non significat, per arro-
 gantiam efferri; ut in malam saepe
 partem ea voce utimur. (alioqui non
 suaderet, ut nostris & veris bonis
 effereretur.) Non igitur simpliciter
 ἐπαρῆσαι prohibet, sed alienis
 bonis. Videatur Simplicius. Sueti-

2 Χρεῖσι τῶν φωνησῶν. Vsu

ιβ.

Καθάπερ ἐν λιμνῇ,
 τὰ πλοῖα καθορμι-
 σθέντ', ἂν ἐξέλθῃς ὑ-
 δρῶσαι, ὁδὲ μὴ πέρ-
 εργόν ἐστι, καὶ κοχλίδιον
 ἀνα-

CAP. XI.

Nulla aliena praestantia
 efferaris animo. Si
 equus semet jactans dice-
 ret, sum pulcher; feren-
 dum esset. Tu vero cum
 insolenter gloriaris; te
 pulchrum equum habere
 scito, equo te bono su-
 perbire. Quid igitur est
 tuum? Usus visorum.
 Quapropter cum in usu
 visorum ita moratus fue-
 ris, quemadmodum natura
 postulat, tum effereris.
 Tum enim aliquo tuo bo-
 no lætaberis.

[*visorum.*] Obscuriora videntur hæc,
 minus assuetis. Sed perinde est ac si
 diceret: in omnibus rebus non ap-
 peritum aut popularem opinionem,
 sed rationis iudicium sequendum.
 Visi enim recte uti, quid est aliud,
 quam, de rebus omnibus recte judi-
 care, & rationi parere, non affectui?
Wolfius.

3 Ultima hujus sectionis verba
 Salmasius hæc modo edidit: τῷ τῷ
 γὰρ ἐπὶ σὺ πνι ἀγαθῷ ἐπαίρη.
 An bene? Iudicet lector.

CAP. XII.

Quemadmodum in na-
 vigatione, subducto
 navigio, si aquatum exier-
 ris, obiter fortassis etiam
 cochleolam colliges, aut

B 2

bul-

ἀναλέξασθαι, ἢ βολβά-
 ριον· ² τετάρτῳ δὲ δὲ τῷ
 Διόνοισιν ἵππῳ τὸ πλοῖον,
 καὶ συνεχῶς ἵππῳ φεραῖ,
³ μήτοιγε ὁ κυβερνήτης
 καλέσῃ. καὶ τότε πάντα
 ἔκβηνα ἀφίεναι, ἵνα μὴ
 δεδεμμένῳ ἐμβληθῆς,
 ὡς τὰ προβάτα. ἔτω καὶ
 ἐν τῷ βίῳ, εἰὰν διδῶται
 αἰτὶ βολβίῳ καὶ κοχλιδίῳ
 γυμνασίου καὶ παιδίου,
 εἰδὲν κωλύσθαι· εἰὰν ὁ κυ-
 βερνήτης καλέσῃ, ⁴ τρέχε
 ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀφίεις ἔκβη-
 να πάντα, μηδὲν ἵππῳ φε-
 ράσθαι· εἰὰν ὁ γέροντος,
 μηδὲ ἀπαλλαγῆς ποτὲ τῷ
 πλοῖοι μακρὰν, ⁵ μήποτε
 καλῶν ἐλλίπῃς.

¹ Κατὰ περὶ ἐν λιμνῇ.] Mellius
 in aliis, ut Plantiniana: Κατὰ περὶ
 ἐν πλοῖοι: quod & Wolfius in versio-
 ne expressit. Paraphrastes, ἐν πλοῖοι,
 non male: sed illud tamen magis
 probo. Casaubonus.

Κατὰ περὶ ἐν λιμνῇ τῷ πλοῖοι
 κατὰ τοιοῦτον.] Rectius hæc ver-
 ba transtulit Salmastianæ editionis
 præfatus, nempe: Quomodo
 in navigando, in portum subductio na-
 vigio.

² Τετάρτῳ δὲ δὲ τῷ Διόνοισιν
 ἐπὶ τὸ πλοῖον. Animo in navigium
 intento.] Aliter legitur, τῷ πλοῖοι
 δεῖ σε; ordinare vel componere te.
 Sed prius est ἐμφατικώτερον: si-

bulbum: animo autem
 in navigium intento esse
 oportet, ac continen-
 ter sollicito, ne guber-
 nator vocet: ac tum il-
 la omnia relinquere, ut
 ne vincetus, tanquam o-
 ves in navim conjicia-
 ris: Ita etiam in vita,
 si tibi vice cochleæ aut
 bulbi, detur uxorcula
 & puer: nihil impediet.
 At si gubernator voca-
 rit, cures ad navim, re-
 lictis illis omnibus; ne-
 que respicies. Quod si
 senex es, cave unquam
 à nave recedas longius;
 ne quando vocatus, de-
 ficias.

gnificat enim illam animi propensio-
 nem sive extensionem, qua iu rem
 aliquam quasi rapimur, aut exten-
 dimur. Navem sive philosophiam,
 sive vitæ institutum vocat: guber-
 natorem vero Deum: cui vocanti
 qui non pareat, aut pro mancipio
 tractetur, aut plâne deseratur. Sene-
 cæ.

³ Μήτοιγε ὁ κυβερνήτης καλέ-
 σῃ.] Ita complures excusæ codices.
 Salmastius legit; μήποτε ὁ κυβερνή-
 τῃς καλέσῃ. Si mei arbitrii res foret,
 legere in; μήτοι σε ὁ κυβερνήτης
 καλέσῃ, quod Wolfius pro vana
 lectione suæ editioni adjunxit.

⁴ Τρέχε.] Ita unanimiter omnes,
 Sal.

Salmafiana vero pessime habet ,
 τῆς χειρὸς .

5 Μήποτε καλῶν ἢ ἐλλείπων .
 Ne forte eo vacante deficias .] Politi-
 anus attexit . Inque id vinculus conji-
 ciaris . Qui enim volens non sequit-
 ur , necessitate hoc patietur . Quæ
 appendix nec in excusis codicibus
 habetur , & est supervacanea . Lo-
 quitur enim non de externa vi , sed
 de imbecillitate virium : quæ quo
 major sit ingravescente ætate , eo
 paucioribus rebus animum esse oc-
 cupandum : quod & iis vacare , &
 parere philosophiæ sit difficillim-
 um . Homo cœlebs (si cætera pa-
 ria sint) & in vita paucioribus esse
 contentus , & æquiore animo disce-
 dere è vita potest . Maritum & pa-
 trem , tam viventem quam morien-
 tem , magis sollicitant uxor , liberi
 familia , quam ipsius salus . In hanc
 sententiam scribit Cicero , tranquil-

litatem animi atque securitatem eo
 faciliorem esse philosophis , quo mi-
 nus pateant multa in eorum vita ,
 quæ fortuna feriat , & quo minus
 multis rebus egeant : & quia , si
 quid adversi eveniat , tam graviter
 cadere non possint . Navem , sive
 philosophiam , sive vitæ institut-
 um intelligo : gubernatorem vero ,
 Deum : cui qui vocanti non pareat ,
 aut pro mancipio tractetur , aut pla-
 ne deseratur . *Wolfius* .

Politianus addit in versione : in-
 que id vinculus conjiciaris . Qui
 volens non sequitur , necessitate id
 patietur : quæ ex meliore aliquo
 codice ab ipso prompta esse , ut ut
 aliter censeat & disputer *Wolfius* ,
 fidem facit *Paraphrasis* nostra . To-
 tidem enim & illis verbis : καὶ δεδε-
 μέν ἢ βληθῆς : ὁ γὰρ ἕκαστος μὴ
 ἐπιμαρῶν ἀνώγει τῷτο πείσῃ .
Casaubonus .

17.

C A P . XIII .

1 Μὴ ζήτητὶ πὰ γινόμε-
 να γίνεσθαι ὡς θέ-
 λεις . ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι πὰ
 γινόμενα , ὡς γίνεῖ , καὶ ἂν
 ποιήσῃς . 2 νόσ ἢ ζώμα-
 τὸς ἐστὶν ἐμπόδιον , παραι-
 ρέσεως ἢ ἂν , εἰ μὴ αὐτὴ
 θέλη . 3 χῶλασις , σκέ-
 λους ἐστὶν ἐμπόδιον , παραι-
 ρέσεως ἢ ἂν καὶ τῷτο ἔφ'
 ἕκαστος τῶν ἐμπιπόντων
 ὀπίλεγε . εὐρήσῃς γὰρ αὐ-
 τὸ ἀλλὰ πινὸς ἐμπόδιον ,
 6 ἔξ ἢ ἂν .

Nc postules , ea quæ
 fiunt , arbitrato tuo
 fieri . Sed si sapiis , ita fieri
 quæque velis , ut fiunt .
 Morbus est corporis im-
 pedimentum ; instituti
 non item , nisi ipse ve-
 lis . Claudicatio , pedis
 est impedimentum ; in-
 stituti non item . Quod
 si singulis in rebus , quæ
 incidunt , consideraris ;
 invenies eas alterius cu-
 juspiam rei , non tui , esse
 impedimentum .

B 3

IM4

1 Μὴ ζήτητέ τὰ γινόμενα γίνεσθαι, οὐς θέλει, ἀλλὰ θέλετε τὰ γινόμενα, οὐς γίνεσθαι, καὶ ὁ ποιήσας.] Argentinensis codex paulo aliter, ἀλλὰ θέλει, οὐς τὰ γινόμενα γίνεσθαι. ut sit, ζήτητέ θέλει, id stude ut velis: quasi dicat, Voluntatem tuam facilius mutabis, quam naturam rerum. καὶ ὁ ποιήσας, verti, Si sapias, quod si displicet, repone, & recte facies. Est enim idem quod καλῶς ποιεῖν, approbandi formula hoc loco. ὁ πειῶσε, bene de te mereor: & ὁ πρῶτῳ, facile agito, bene mecum agitur: non sunt hujus loci Wolfius.

Salmasiana & aliz hunc locum hoc modo habent: Μὴ ζητεῖτε τὰ γινόμενα γίνεσθαι οὐς θέλει. Ἀλλὰ θέλετε τὰ γινόμενα, οὐς γίνεσθαι, καὶ ὁ ἐργήσας. Hæc ita vertuntur: Ne postules ea qua sunt, ita fieri ut tu vis: sed ut sunt, ita velis ea fieri: Sic omnia secundatibi accident.

Virum doctum suum iudicium mire delituit, cum pulcherrimam & acutissimam sententiam aliena verborum istorum καὶ ὁ ποιήσας (si sapias) versione, non parum hebetavit simul & obscuravit. Politianus ante illum non male, & prospereris. Confirmat Paraphrasis, καὶ ἀλύτῳ Διγίξεις. Imo totam hanc sententiam feliciter & argutius, pro argumento, Politianus: Ne velis qua sunt, fieri ut vis: sed velis qua sunt, ut sunt, & prospereris. Multi veteres, qua Græci, qua Latini, verbis & ipsi rotundissimis, hunc sensum expressere; quorum sententiæ nobis alibi collectæ. Originis (contra Celsum) haud absimili concinnitate verborum, Hominis τελειότης, αἰρεῖσθαι ἢ βέλτεται, καὶ γίνεσθαι ὅν οὐς βέλτεται. Εὐ ποιεῖν igitur hic, quod aliis ὁ πρῶτῳ. In editione quam sequimur, invenimus εὐεργήσας. ut & Salmasiana: ex qua, ni fallor, huc derivatum. Aliter omnes aliz, quas vidimus,

veteres & recentiores. Sed nec in Plantiniana, quæ varias lectiones exhibet, reperitur. Quare nobis merito suspectum est: & vereor ne ex Simplicio petatum sit, potius quam ex scripto codice. Nec tamen inde sequitur, ita reperiisse Simplificum in *Enchiridio*, sed ad vitandam ambiguitatem, quæ Wolfium in errorem induxit, consulto, quod in *Enchiridio* repeterat, τὰ εὐεργεῖν, expressisse. Non laudo; cum sic pereat acumen non contemnendum, quod in ambiguo verborum sensu latet. Quo alludit & Aristoteles his verbis, ἀδύνατον τὰ μὴ τὰ καλὰ πρῶτῳ, καλῶς πρῶτῳ. Hic quoque igitur faciendum duximus, ut vulgaram lectionem revocarem: quamvis in Simplicio iterum in cap. 78. τὸ εὐεργήσας. Casaubonus.

2 Νόστος, σώματός ἐστιν ἐμπόδιον. ἀρεταίσεως ἢ ε'.] Multa Stoicorum paradoxa, quæ prima facie ridicula, commodam tamen interpretationem admittunt: qualia, Stultos omnes insanire Sapietes, solos esse divites: liberos: addunt & formosos, (si velint:) & id genus alia. Sed quod hic affert Epictetus, & alii passim Stoici, morbos corporis ad animum mentemve nihil pertinere, nec per illos obstare, quin sapiens sua felicitate, id est, plena solidaque mentis sanitate fruatur: id ab omni ratione, & communi usu tam remotum mihi videtur, ut non tam in eorum genere quæ paradoxa (seu ut Cicero vertit, admirabilia:) vocantur ponendum; quam fatuum & ridiculum videatur. Aut dicant & probent suos illos sapientes febribus & deliriis nunquam tentare solitos: aut si à rabido cane morderentur, diris tamen affectibus animi non obnoxios fuisse, quibus alios passim corripimus. Quid quod vix summus Aristoteles, & rerum natura sine exemplo (quicquid obstre-

pent nonnulli:) scientissimus; viros in quocunque genere præstantissimos, domi forisque laudatissimos; poëtas, oratores, politicos, milites, (quorum exempla adfert, Hercules, Lyfandrum, Ajacem, Bellerophonem, Empedoclem, &c.) *atrabiliarios* plerosque fuisse & furori, seu mentis alienationi, præter alios in quibus nihil non vulgare, obnoxios? Hic igitur excusent Stoicos, qui possunt: ego nullum colorem video. *Idem.*

Egregiam hujus ænigmatis sive parabolæ, seu mavis allegoriæ, explicationem qui desiderat, adeat Simplicium. *Sneecanu.*

3 *Χώλωνος σκίλης ἐστὶν ἐμπόδιον, παρὰ τῆς πορείας αὐτοῦ.* *Claudicario pedu est impedimentum, non instituti.*] At dices, instituto conficiendi itineris (præsertim si jumentum aut vehiculum desit) obstat claudicatio. Respondebit Epicætetus : Si præceptis meis parueris, non institues iter, quod conficere non possis. Sic quo plura & majora fuerint impedimenta corporis, eo magis appetitum contrahas, paucioraque suscipies. At istud ipsum, inquis, est instituti impedimentum, eoque molestissimum. Negat Epicætetus esse impedimentum, nihil temere & frustra appetere : sed id philosophi

proprium esse munus affirmat. Illud certe vel stultus intelligit, præstare appetitum rationi obedientem præbere, quam iracis cupiditatibus æstare. At est factu difficile. Sic Deo visum, cui, nisi ultro feceris, parebis invitus. Illud tamen Epicætetus (ut ea quæ sequuntur, docent) non vetat, quo minus commodis tuis, quatenus & natura postulet, & honeste possis, consulas. *Wolffius.*

4 *Ε' Φ' ἐκείνου.*] Ita omnes editiones, excepta Salmasiana, quæ habet: *ἐφ' ἐκείνων.*

5 *Ἄλλο πῶς ἐμπόδιον, σὸν ὃ ε'.* *Id alterius cujuscumque rei, non tui esse impedimentum.*] Si concederet, pedem esse partem corporis (neque vero negat) corpus vero hominis partem esse (quod negare videtur) impedito pede, corpus: corpore impedito, homo ipse, ex parte saltem, impidiretur. Quod si corpus instrumentum est hominis (qua de re plura ex Simplicio afferemus) negari certe non poterit, quin mutilato instrumento, imperfectior & incommodior futura sit actio. Male pugnabis gladio, cui vel capulus vel mucro defuerit. Sed hæc differantur.

6 *Σε δὲ ε'.*] Ita in variis editis codicibus reperitur. Ast in Salmasiana & aliis: *σὸν δὲ ε'.*

ιδ.

Ε' Φ' ἐκάστῃ τῇ προσωπιόντων, μέμνησο ὅτι πρὸς αὐτὸν ὅτι σεαυτὸν ζητεῖν, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῆς. εἰὰν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλῶ, ὁρήσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκρατεῖαν.

CAP. XIV.

Quicquid inciderit, in eo inemento, ad te conversus, inquirere, qua facultate sis ad usum ejus instructus. Si quem formosum, formosamve videris; ad eam rem temperantiæ facultas in promptu erit. Si labor

B 4

ob-

τειαν. ἴ' εἰ πόνος πρὸς
σφέρη), δὴρῆς καρτε-
ριαν· ἀν' λοιδορία, δὴρῆ-
ς ἀνεξικακίαν. ἢ ἔτως
ἐπιζόμενόν σε, ἢ συναρ-
πία (εἰσιν αἱ φαντασίαι.

1 Ἐάν πόνος πρὸς σφέρηται.] Si labor objectus fuerit. Maluissimem, dolor. cum jam olim Ciceroni observatum fuerit, Græcos πόνον pro dolore usurpare : & ita passim apud Poetas, aliosque. Quod autem Græcis objicit alicubi Cicero, careere eos voce quæ dolorem, ut à labore distinguitur, exprimat : quanquam multa opponit Iul. Scaliger, in 10. De Hist. Animalium : non tamen sine ratione est, cum sæpissime in libris Græcorum communi appellatione confundantur. Casaubonus.

2 Οὐ συναρπύσῃσιν αἱ φαντασίαι. Visis non obtemperabis.] Hoc est, neque voluptati, neque dolori succumbes : sed pravas cupiditates atque affectiones, sapientiæ virtutumque præsidio superabis. Wolfium.

Οὐ συναρπύσῃσιν αἱ φαντασίαι.] Wol. visis non obtemperabis. Idem cap. 22. μὴ σε ἡ φαντασία συναρπύσῃ, ne te visum illud moveat. Cap. 24. μὴ συναρπύσῃσιν σε ἡ φαντασία, ne te visum illud moveat : & ita passim (frequens in Epicteto vox :) his aut similibus verbis, quæ vim Græci non satis exprimunt. Est enim in verbo συναρπύσῃσιν πῆς ὀξύτητος (velocitatis) ut Artianus lib. 2. 18. exprimit : vel τὸ αἰφνιδίως (subiti & repentini :) ut Simplicius alicubi, significatio. Multum autem in eo situm est, ut intelligamus φαντασίας (sive obla-

jectus fuerit, tolerantiam reperies : Si convicium, patientiam invenies. Quod si te ita consueveris, visis non obtemperabis.

tas rerum species :) ut quæque se res oculis aut auribus offert : non ante munitos animos invadentes & occupantes, sola celeritate prævalere. Est autem prudentis & cauti, subita semper suspecta habere ; cum vera sapientia temporis & deliberationis sit filia. Præterea, veræ libertatis amans animus, omnem vim tam quæ animo, quam quæ corpori infertur, non potest non abhorreere ; & quocunque modo rapi, servile putare. Dromo, Dromo, sublimem hunc intro rape, quantum potes. Rape, inquam. Plane ita phantasia, si quis se illis præbeat, & rectam rationem, tanquam Ajaxis clypeum, non opponat. Huc facit & Aristotelis observatio, tarditatem, generositatis & μεγαλοψυχίας indicem statuensis. Hæc eo pluribus, ne Wolfium sine causa reprehendere, aut de verbis, re castis, litem illi temere movere voluisse videremur. Præstat igitur corrigi verbo, cum Politiano ; vel transfertum agi, cum aliis ; vel alio quocunque verbo, quod aliquam velocitatis cum vi conjunctæ significationem habeat, exprimere. Casaubonus.

Ad verbum, non corrigient te visa, quæ εἶδωλα vocant Græci communiter. Snecanus.

Salmastius legit : ἐχ' ὀξύτητος αἱ φαντασίαι.

ιέ.

Μηδέποτε ἴππὶ μηδενὸς εἴπης, ὅτι, ἀπώλεσται αὐτὸ, ἀλλ', ὅτι, ἀπέδωκα. ¹ τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀφηρέθη; ἔκ ἐν καὶ τῆτο ἀπεδόθη; ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλη, ² Διὰ τί σε ὁ δὲς ἀπήτησε; μέχρη δὲ ἀνδιδῶ, ὡς ἀλλοτριῶς αὐτὸ ἴππιμελεῖ, ὡς τῶ πανδοχεῖς οἱ παριόντες.

¹ Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη.] Ita constanter in omnibus excusis legitur. Ast Salmasiana editio hoc loco cunctis auctior est; habet enim: Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. ἢ γυνὴ ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. Τὸ χωρίον, &c. Sed miror, Salmasianæ editionis præfectum, cum multis in

CAP. XV.

Numquam te quicquam perdidisse dicito, sed reddidisse. Filiolus obiit? redditus est. Prædium est ereptum? an non id quoque est redditum? At improbus est qui eripuit. Quid id tua refert, per quem, is qui dederat, ab te repetierit? Sed quamdiu concesserit, tanquam alienum id curato, ut cauponam viator.

locis à Wolfiana versione abeat, illam verborum appendicem in Latinum non transtulisse.

² Διὰ τί σε ὁ δὲς ἀπήτησε.] In omnibus ferme ita habes: Sed Salmasiana, Διὰ τί σε ὁ δὲς, &c. Hanc lectionem quoque Wolfius agnoscit.

ις.

Εἰ προκόψαι θέλεις, ἀφες τὰς ποιήτας διαλογισμύς. εἰάν ἀμελήσω τῶ ἐμῶν, ἔκ ἐξω διατηρήσας. εἰάν μὴ κολάσω τὰ παῖδα, πονηρὸς ἔσμαι. ¹ κρεῖσσον γὰρ λιμῶν δόποθανεῖν, ἀλυτον καὶ ἀφοβον γρόμνον, ἢ ζῆν

CAP. XVI.

Si quid proficere studes sistiusmodi cogitationes missas facito: Si mea neglexero, non erit unde vivam: Nisi puerum castigaro, malus erit. Præstat enim perire fame, timoris ac molestiæ expertem; quam copiis omnium rerum circumfluentem.

B 5

ani-

ἐν ἀφρόνοις παρεασόμε-
νον· κρείττον δ' ἐστὶ παῖ-
δα κακὸν εἶναι, ἢ σε κα-
κοδαίμονα.

¹ Κρείσσον γὰρ λιμῶ δ' ἀποθνή-
σκῃν, ἄλυπον καὶ ἀφόβον χυμεί-
νον. Præstat enim emori fame, ubi
doloris & timoris expers evaserit.]
Quæri non injuria possit, tanta-
ne constantia cadat in fragilitatem
humanam, ut Saguntina (quod a-
junt) fame non afficiatur? Dein-
de quod de puero dicit, nisi ita in-
telligatur, ut tum demum ejus cu-
ra abjiciatur, cum neque verbis ne-
que verberibus quicquam profe-
ceris: videbitur plena inhumanita-
tis oratio, & Timone μισοφιλῶ-
τα quam homine philosopho di-
gnior, qui & ipse aliquid studii ac-
que operæ ad consociationem civi-

animo vivere perturbato.
Et puerum malum esse
præstat, quam te infeli-
cem.

lem asserere debet. Equidem existimo ὑπερβολαῖς esse, nimis so-
licitudinis reprimendæ causâ usur-
patas. Quod si cavillari libeat, hy-
potheticam esse dices propositionem,
ἄλυπον καὶ ἀφόβον χυμείνον, ubi &
dolorum & metum propulsa-
ris: tum enim nec fame dolebis,
nec mortem metues; sed quando id
fiet? Paucissima certe in omnibus
historiis existant exempla; & quæ
existant, ut Socratis, Anaxarchi,
Diogenis, Demonactis, Lælii, Ca-
tonis, & aliorum, dubitari potest
an sint Græcorum ingeniis ornata
vehementius, & supra veri fidem
amplificata. *Wolfius.*

17.

Ἀρξάμ τιγαρῆν δ' ἀπὸ τῶν
μικρῶν. ἐκχεῖται τὸ
ἐλάδιον; κλέπεται οἰνά-
ριον; Ἰπίλεγε, ὅπ, ποσῶ-
τα πωλεῖται ἀπάθεια,
ποσῶτα ἀπαραξία. περὶ-
κα ἢ ἔδεν πείθεται.
ὅταν ἢ καλῆς τῆ παῖδα.
ἐνημῶ ὅτι δυνάται ἢ μὴ
ὑπακούσαι καὶ ὑπα-
κούσας, μηδὲν ποιῶσαι ὧν
θέλεις. ἢ ἔχ ἔτως ἐστὶν
αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ'
ἐκείνῳ ἢ, ἢ τὸ σε μὴ πα-
ραχθῶμαι.

CAP. XVII.

Parvis igitur aufpi-
care. Oleum effun-
ditur? villum surripitur?
Subjice tibi: Tanti vanit
tranquillitas, tanti con-
stantia; gratis autem ni-
hil acquiritur. Cum vero
puerum vocas, fieri posse
cogita, ut præsto non sit:
&, ut sit, nihil agat ex
animi tui sententia. Ne-
que vero ei tam bene sit,
ut tuarum perturbatio-
num habeat ille potesta-
tem.

; Mē

1 Μὴ ὑπακούου.] Wol. non praesto esse: Policianus, non audire. Fortasse, μὴ ὑπακ, pro παρακούου, id est, non intellexisse. Casaubonus.

2 Καὶ εἰ ἐτύχῃ ἐστὶν αὐτῷ καλῶς. Neque vero ei tam beneficit.] Videtur potius ἔγωγ vel εἰη legendum, ut sit sententia, contemni potius puerum oportere, quam ejus sive contumacia sive inscitia commoveri. Absit, inquit, ut tu commoveris, cum

stultus & improbus puer, sive ex inscitia, sive de industria, peccaverit. Wolfius.

In aliis editionibus legitur: Αἰσχρὸς ἐτύχῃ ἐστὶν αὐτῷ καλῶς. Et pro ἐστὶν αὐτῷ, Casaubonus habet ἔγωγ αὐτῷ. Et bene monet, Wolfius ita esse legendum.

3 Τὸ σε μὴ παραχθῆναι.] Casauboniana editio habet: τὸ σε παραχθῆναι.

17.

C A P . XVIII.

Ε¹ἰ ἀποψάψαι θέλεις, ²ὑπόμεινον, ³ἐνεκα ⁴ἐκτός ἀνὰς δόξαι, καὶ ἡλίθιου. ⁵μηδὲν βέλτερο δοκεῖν ἰππίσμεθα. ⁶καὶ ἀνὰ δόξης πῶν εἶναι τις, ἀπίστῃ σεαυτῷ. ⁷ἴδιον γὰρ, ⁸ὅτι εἰ βλάδιον, καὶ τὴν προαίρεσιν ἢ σεαυτῷ καὶ φύσιν ἔχουσα φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτός. ἀλλὰ ⁹τὸν ἐπέρα ἰππίμελῆ μύρον, ἢ ἐπέρα ἀμελεῖσαι, πᾶσα ἀνάγκη.

Si quid proficere vis, ne recusa, quo minus ob res externas amens & fatuus habearis: Ne quid scire videri velis. Quod si quis aliis esse videaris: ipse tibi diffidit. Scito enim, facile non esse institutum tuum in eo statu, qui sit naturæ consentaneus, conservare, & res externas amplecti: sed aliter non posse fieri, quin is, alterum qui caret, alterum negligat.

1 Εἰ ἀποψάψαι θέλεις. Si proficere vis.] Scilicet, in philosophia & animi cultura. Eam enim ἀποψάψω seu profectum intelligit, qua tranquillitas animi & libertas augetur. Wolfius.

2 Ὑπόμεινον ἐνεκα ἐκτός ἀνὰς δόξαι. Ne recusa propter externa videri amens. Qui enim voluptates, opes, honores minus curat, praesertim si illa consequi liceat: vulgo stultus habetur. Idem.

3 Ἐνεκα ἐκτός.] Scrib. ἢ ἀνάς, ut in Salmasii editione. Paraph.

παρὰ τοῖς ἐκτός, non male. Qui dicantur in N. T. sed & Ethnicorum libris, οἱ ἐκτός, Christianus lector non (opinor) docendus. Optimus sic quoque sensus. Sed obstat huic lectioni, quod hoc iterum capite, πρὸς ἐκτός, ubi iterum Paraphr. τοῖς ἐκτός ἀπέσκειν. Sed eodem res redit. Externas enim res amens necesse est, qui vulgo hominibus placere aut probare se student. Hinc est, quod avari, & cumulandis per fas & nefas opibus intenti, soli sapientes apud vulgus audiunt. Casaubonus.

4 Ἀνάς

4 Ἄνους δόξα.] Salmafius legit cum aliis. ἀνοήτῳ δόξα.

5 Μηδὲν βέλγ.] Salmafius vero & Wolfius legunt: Μηδὲν βέλγ.

6 Καὶ δόξης παῖν εἶναι πρ.] In quibusdam codicibus reperitur: Καὶ δόξης παῖς εἶναι πρ. Sed tum deesse videtur ἀξίῳ, dignus aliquo:

Sed non opus est, si, ut ceteri codices habent, pro παῖς, τις legatur. Wolfius.

7 Ὅπ' εἰ ραῖδιον.] Male in Salmasiana: ὡς εἰ ραῖδιον.

8 Τὸν ἑτέρω.] Ita omnes editiones præter Salmasianam, quæ habet: Ἐ ἑτέρω.

ιβ'.

C A P. XIX.

Ἄν θέλῃς τὰ τέκνα
 σου, καὶ τὴν γυναῖκα,
 καὶ τὰς φίλους σου πάν-
 τοτε ζῆν, ἡλίθιο εἶ. τὰ
 γὰρ μὴ ἑπί σοι, θέλεις
 ἑπί σοι εἶναι. Ἐ τὰ ἀλ-
 λότρια, οὐκ εἶναι. ἔγωγε
 καὶ τὸν παῖδα θέλῃς μὴ
 ἀμαρτάνειν, μωρὸς εἶ.
 4 θέλεις γὰρ τὴν κακίαν, μὴ
 εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἀλλό-
 τι. ἀντὶ τοῦ θέλῃς ὀρεζόμε-
 νῳ μὴ ἀποτυχεῖν,
 τῆτο δυνάσασθαι. 5 τῆτο ἔν
 ἄσκη, ὃ δυνάσασθαι.

Si in id studes, ut liberi
 tui, uxor, amici, per-
 petuo vivant & floreat,
 stultus es. Nam quæ in
 tua potestate non sunt, ea
 in potestate tua esse vis,
 & aliena esse tua. Sic
 etiam, si puerum peccare
 non vis, stultus es.
 Id enim postulas, ut vi-
 tium non sit vitium, sed
 quiddam aliud. At si eo
 quod appetis, frustrari
 non vis: hoc quidem
 potes. Ergo quod potes,
 in usum voca.

1 Ἄν θέλῃς.] Salmasiana, εἰς
 θέλῃς. Et ita quoque infra, εἰς τὸ
 θέλῃς, quæ lectio aliis præferenda
 videtur.

2 Πάντοτε ζῆν.] Wol. perpetuo
 vivant & floreat: ex aliquo, ut con-
 jicio ego, Manuscripto, quamvis in
 nullo editorum mihi repertum. Sed
 nec Simplicius in suo Codice repe-
 risse videtur; ita tamen & Paraphra-
 sis: πάντοτε ζῆν καὶ ἀπαύττειν.
 Casaubonu.

3 Θέλεις.] Quidam codices ma-
 le: εἰ θέλεις. Idem.

4 Θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶ-
 ναι κακίαν. Id enim postulas, ut vi-
 tium non sit vitium.] Innuit opinor,
 pueros & omnes mortales natura
 esse vitiosos: nec vitia propulsari, nisi
 per philosophiam, cujus non satis ca-
 pax sit tenera & rudis ætas: quæ ut
 castiganda sit, non tamen sit abji-
 cienda.

5 Τῆτο ἔν ἄσκη, ὃ δυνάσασθαι.]
 In editionibus quas ego cunque vidi
 Wolfiana, ut & in Salmasiana, &
 Plantinianis, omiſſa est horum ver-
 borum versio Latina. Quæ hic ad-
 dita

dita est, an Wolfii sit, an alterius, in omnibus edictis, mihi visis, nescio. Non est tamen quod Græca suspecta Lector habeat cum exemplaribus sepeantur. Casaubo- nus.

κ'.

CAP. XX.

Κύριον ἐκάστῃ ἐστίν, ὁ τ' ἰσὺς ἐκείνῃ θελομένων, ἢ μὴ θελομένων, ἔχων τ' ἐξουσίαν εἰς τὸ περιποιῆσαι ἢ ἀφελεῖν. ὅστις ἐν ἐλευθερίᾳ βιάσεται, μήτε θελήτω τι, μήτε φράσεται τι ἐπ' ἄλλοις. εἰ δὲ μὴ, δευτέρῳ αἰάγκῃ.

Cujusque dominis is est, qui ea quæ ipse vult, aut non vult, potestatem habet vel conservandi, vel eripiendi. Quisquis igitur liber esse velit, neque cupiat quicquam, neque aversetur eorum quæ penes alios sunt. Sin minus, fervire necesse erit.

1. Κύριον ἐκάστῃ ἐστίν ὁ τῶν ἰσῶν ἐκείνῃ. Cujusque dominus est is, qui cupiditatum est. Quam multos ergo Fortuna dominos no-

bis imposuit? Quanto plures ipsi nobis imponimus: insatiabili caducarum rerum cupiditate? Wolfius.

κα'.

CAP. XXI.

Μέμνησο, ὅτι ὡς ἐν συμπόσιῳ, δεῖ σε ἀνασρέφειν. περιφερόμενον, γέρονέ τι κατὰ σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετέλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. ἐπὶ ἡκί; μὴ ὀπίσθαλε πῶρον τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ πείμενε, μέγρις ἀνάρχηται κατὰ σε. ἔτω πρὸς τέκνα, ἔτω πρὸς γυναικά, ἔτω πρὸς

Memento, sic in vita Messè versandum, tanquam in convivio. Si quid circumferendo ad te pervenerit, porrecta manu partem modeste capito. Præterit? Ne detine, nondum adest? Ne longe appetitum extendito: sed expecta, dum ad te perlatum fuerit. Sic erga liberos, sic erga conjugem, sic erga magistratus,

πρὸς δρχάς, ἔτω πρὸς
 πλῆθον. καὶ ἔση πρὸς²
 ἀξί. τῶν θεῶν συμπό-
 τῆς. ἀν' ἣ καὶ³ πρὸς τε γέν-
 των σοι μὴ λάθῃς, ἀλλ'
 ὑπερέδῃς, τότε ἔ μόνον
 συμπότῆς τῶν θεῶν ἔση,
 ἀλλὰ καὶ σουάρχων. ἔτω
 γὰρ ποιῶν Διογένης καὶ
 Ηράκλει. καὶ οἱ ὀ-
 μοιοι, ἀξίως⁴ θεῶν τε ἦ-
 σαν, καὶ ἐλέγοντο.

1 Ως ἐν συμποσίᾳ.] Addit Pa-
 raphr. ἕως ἐν βίῳ, quod sententia
 requirit, & cuius defectus Politia-
 num à vero sensu abduxit, ut vet-
 teteret. Memento oportere te in convivio
 versari: Wol. autem ex ingenio, an
 vetteret aliquo manuscripto libro sup-
 plexerit, incertum mihi. Mox pro
 καὶ τε γὰρ: Paraphrasis, καὶ τὰς τε γὰρ:
 Sed nihil opus. Casaubonus.

2 Αξί. τῶν θεῶν συμπότῆς.
 Dignus conviviator.] Significat,
 Externarum rerum despicentiam di-
 vinum esse quiddam, & reddere Deo
 similem. Wolfius.

καθ'.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς
 πνὰ¹ ἐν πένθῃ, ἢ
 ἐποδημῶν. τέκνῃ, ἢ
 ἀπολωλεχότ. πρὸς ἑαυ-
 τῷ, πρὸς σε, μή σε ἢ
 φαντασία σαρπταίση,
 ὡς ἐν κακῆς ὄν. αὐτῷ,
 τοῖς

tus, sic erga divitias si
 affectus fueris; aliquando
 dignus eris convivio Deo-
 rum. At vero si oblata
 etiam non acceperis, sed
 despexeris, non conviva
 Deorum modo, sed &
 imperii, confors eris.
 Sic enim cum facerent
 Diogenes, Heraclitus, &
 similes, merito divini ut
 erant, ita & diceban-
 tur.

3 Πρὸς γέντων σοι. Vbi tibi ap-
 posuerint.] Simplicius, πρὸς γέ-
 ντων, appositis: Sed & alterum
 ἰλλοεισιν κῶς-ferri potest, si intelli-
 gas, τῶν μεγάλων τῶν σοφῶν, si co-
 qui vel ministri fercula tibi apposue-
 rint. Idem.

4 Θεῶν τε ἦσαν καὶ ἐλέγοντο.
 Divini ut erant, ita & diceban-
 tur.] Insolenter utique & imperi-
 te. Quam enim infinito interval-
 lo vel praestantissimus homo ab
 extrema umbra divinitatis abest?
 Idem.

Υπερέδῃς dicitur. Socrates.

CAP. XXII.

Cum ejulantem quem-
 piam videris in lu-
 etu, sive peregre pro-
 fecto filio, sive rebus
 amissis: cave ne te vi-
 sum illud moveat, ut
 existimes versari eum in
 malis ob externa: sed
 sta-

πῶς ἐκτός. ἀλλ' ὅθῳ
 Διὰ τὴν ὁδὸν ἀστυλῶ, ² καὶ
 λέγειν ἔσω πρὸ χειρὸν,
 ὅτι, τῶτον θλίβῃ, ἔ τὸ
 συμβεβηκός, ³ (ἄλλον γὰρ ἔ
 θλίβῃ) ἀλλὰ τὸ δόγμα
⁴ τὸ πρὸ τῶτων. ⁵ μὲντοι
 μὴ τοι λόγῳ, μὴ ὄκνει
 συμπεριφέρειν αὐτῷ,
 καὶ ἔτω τύχη, συνεπι-
 τεναΐξαι. πρὸσεχε μὴ-
 τοι, μὴ καὶ ἔσωθεν ⁶ συνεπι-
 τεναΐξῃς.

statim ipse tecum distin-
 guito, sitque in promptu
 ut dicas : Istum affligit
 non casus ille (alium e-
 nim non affligit) sed
 concepta de eo opinio.
 Ac ratione quidem tua
 ejus perturbationi sub-
 fervire, ne dubita; at-
 que adeo, si res ita tu-
 lerit, congemiscere. Ca-
 vebis autem, ne intrin-
 secus etiam congemis-
 casas.

1 Εἰν πένθῃ.] Id est, mortuo fi-
 lio : aut alio quoquam de charissi-
 mis : ut sunt, uxori, parentes, li-
 beri. Ita enim vox πένθῃ proprie
 hic accipienda est : quod ne-
 que Politianus neque Wolfius vi-
 dentur advertisse. Simplicius opti-
 me : Ὅταν ἐν, φῆσι, κλαίοντα
 ἴδῃς ἢ ὡς ἀποθάνοντα αὐτῷ τί-
 κῃς, ἢ ὡς ἀποδημῶντα, ἢ ὡς
 ἀπολωλεκότες τοῖς αὐτῷ. Nec mul-
 to aliter Duviarius, vir doctissimus,
 non eodem quamvis ordine : Si vous
 voyez quelqu'un en deuil qui pleure,
 ou pour ce que son fils s'en est allé
 voyager, ou bien est mort, &c. Sed
 planior & dilucidior Epicteti oratio
 fuisset (qualem si reperissent viri
 docti, aliter haud dubie quartū fecer-
 unt, vertissent :) si ex Paraphrasse
 rescribamus, ἐπι πένθῃ ; non ἐν
 πένθῃ. Casaubonus.

2 Καὶ λέγειν ἔσω πρὸ χειρὸν.]
 Pessime in Salmasiana legitur : καὶ ἔσω
 πρὸ χειρὸν, absque verbo λέγειν.

3 Ἄλλον γὰρ ἔθλίβῃ.] ὅτι ἄλλο
 ἔχ' ἀπὸ τῆς. Alium non angit :
 quia non tangit. Facile omnes,

cum valemus, recta consilia exproxi-
 damus. Tu si hic sis, aliter sentias.
 Alterius vulnera & eadem spectare
 sine dolore corporis possumus, sed ipsi
 non sine acerbissimo doloris sensu
 vulneramur & cadimur. Byzantinum
 incendium, pestis, tetrazmogus, sedi-
 tio, bellum, te Romæ degentem non
 angit, quia non tangit. At vero,

Et tuas res agitur, paries cum proxi-
 mus ardet.

Sed hæc eorum querela est scilicet,
 quibus persuaderi non potest, cot-
 pus, opes, uxores, liberos, non esse
 ipsorum, sed juris alieni. Secus
 Hiob, qui opibus & liberis amissis
 laudavit Deum, qui ea quæ dedisset,
 abstulisset. Wolfius.

4 Τὸ πρὸ τῶτων.] Ita Wolfius
 & Casaubonus : sed Salmasius habet :
 τὸ πρὸ τῶτων.

5 Μὲντοι μὴ τοι λόγῳ, μὴ ὄκνει
 συμπεριφέρειν αὐτῷ. Verbotenius
 illi te accomodare ne dubita.] Sen-
 tentia est. Ne dubites Illius affectui
 & verbis & suspitiis subservire, ac
 dolorem præ te ferre. Remittit hic
 aliquid Epictetus de Stoïca severita-

τε ἢ ἀπαθεία, vel potius αἰσμη-
παθεία, qua vehementer offendun-
tur ii, qui in malis sibi esse videntur,

nec simulationem improbat. Idem
6 Συμπεπνευμένης.] Repetens in
Salmasiana, συνάξης.

κγ'.

Μέμνησο, ὅτι ἑποκρη-
τῆς εἰ δράμαλ',
οἷς ἀνθελῆ ὁ διδάσκα-
λ'. ἀν βραχυ, βρα-
χέ'. ἀν μακρόν, μα-
κρῶ. Ἀν πῶχόν ἑπο-
κρένασθαι σε θελῆ, ἵνα ἢ
τῆσιν διφυῶς ἑποκρήνη.
ἀν χωλόν, ἀν ἀρχόντα,
ἀν ιδιώτῳ. σὸν γ' ὅτ' ἔσ-
τ' ἐπὶ τὸ δοθῆν ἑποκρένασθαι
πρόσωπον καλῶς ἐκλε-
ξασθαι αὐτὸ, ἄλλω.

1 Οἷς ἀνθελῆ ὁ διδάσκαλ'.
Qualem voluerit magister.] Hoc est,
ὁ παιητής, εἴτε κωμωδοποιός, εἴτε
τραγικός. poeta, sive Comicus,
sive Tragicus. Sic in vita Sophoclis,
ἰδιόταξίς δὲ δράμαλ' κγ'. Edidit
fabulas centum & viginti tres. Quod
ad rem ipsam attinet, idem Epigram-
ma Graecum docet:

Σκλήν πᾶς ὁ βί', ἢ παίγριον.
ἢ μάθε παίζειν,

Τὴν σπουδὴν μελαίεις, ἢ φέρε
πᾶς ὀδύνας.

Vita quid est? jocus & ludus. Vel
ludere discite.

Crisis sepositis: vel cruciare miser.
Nazianzenus idem fere significat,
sed majore gravitate & pietate, his
versibus, dignis qui memoriae man-
dentur:

Θυμὲ βλίψον ἄνω, χθονίων δ'
ἐπιλήθεο πάμπαν.

C A P. XXIII.

Actorem esse fabulae
Atalis, qualis magi-
stro probata fuerit, te me-
mento: si brevis, brevis;
si longa, longæ. Si men-
dicum agere te voluerit;
fac eam quoque perso-
nam ingeniose repræsen-
tes. Ita si claudum, si
principem, si plebeium.
Hoc enim tuum est, da-
tam personam bene effin-
gere: eam autem eligere,
alterius.

Μηδὲ σε νικήσῃ ὡρὸς κενώτη-
ται δ' ἡμας.

Τυτῆος μὲν βί' ἔτ'. ὁ δ' ὄλ-
βι', ὡς ἐν ὀνειρώ

Τίρπεται ἀλλοίη δ' ἀλλ'
ἐκυρσε τύχη.

Μένης δὲ ζωῆς κενώτη βί'
ἐμπεδ' αἰεὶ,

Καὶ πολὺς, ὃν ζῶειν ἐστὶν
ρείοτερον.

Mens age suspice, terrenas age despi-
ce sordes,

Corporis a vitiis neu subigere
cave.

Quam brevis est hac vita? beatos
somnia ludunt.

Sors vaga sic alios; sic aliosque
rotat,

Vita diu durat, nullo peritura sub
avo,

Sancta: labor fructu non caret
ille suo.

κδ'

κδ.

CAP. XXIV.

² Κόραξ ὅταν μὴ αἰσιον ³ κεκραγή, μὴ σιωαρπιζέτω σε ἢ Φαντασία. ἀλλ' ὄψους διαέρεσθε αὐτῶ, ⁴ καὶ λέγε, ὅτι, τῶν ἐμοὶ ἔδεν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ἢ τῶ σωματίω μου, ἢ τῶ κλησιδίω μου, ἢ τῶ δοξαρίω, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί ἐμοὶ ἢ πάντα αἴσια σημαίνεται, εἰ ἐγὼ θέλω. ὅ, π γδ ἂν τῶν δόξαίνῃ, ἐπ' ἐμοὶ ἔστιν, ⁵ ὠφελήθῃαι ⁶ ἀπ' αὐτῶ.

Si corvus inauspicatum scrocitarit, ne te visum illud moveat, sed ipse tecum divide statim, & dic: Nihil istorum mihi portenditur: sed aut corpusculo meo, aut reculae meae, aut existimationi, aut liberis, aut uxori: mihi autem fausta omnia portenduntur, si ego voluero. Quicquid enim istorum acciderit, ex eo penes me est, fructum ut capiam.

¹ Censet Simplicius caput vigesimum quartum ante vigesimum tertium esse collocandum. Ita se habent ejus verba: Τὸ οἶμα τὸ κεφαλαίον τῶν προσηκούντων ἔχεν ἀντιεῖν. εἰ αὐτὸ εἰσσεχῶς εἰρηδύμῃς ἐτετακῆς μὴ τὸ αὐτὸ σκεῖν, & ἔδραζῃ, ὅταν κλαίοντα ἴδῃς ἐν πένθει.] Hoc est: Caput hoc, mea quidem opinione, si praesidium superiori fuisset, suum locum tenuisset, post id quod praecedit, cujus initium est: Cum epulantem quempiam videris in luctu. Qui hujus rei rationem desiderat, legit Simplicii commentarium ad cap. xxiv. ubi disertè eam asserit.

² Κόραξ ὅταν μὴ αἰσιον κεραγή. Si corvus inauspicatum scrocitarit.] Auguriorum & auspiciorum loco aut Astrologiam habemus: quae si ex annuis revolutionibus & siderum

progressionibus incommoda & pericula minabitur, Epicteti consilio, & piis precibus adjunctis, utamur. Wolfius.

³ Κεκραγή.] Sola Salmasiana, κραξή.

⁴ Καὶ λέγε ὅτι, τῶν ἐμοὶ ἔδεν ἐπισημαίνεται. Et dic Nihil istorum mihi portenditur.] Hic aperte in hortos Platonis digreditur, qui animam tantum volebat esse hominem. Seneanus.

⁵ ὠφελήθῃαι ἀπ' αὐτῶ. Fructum ex eo ut capiam.] Quia, Omnis commoditas sua fert incommoda secum:

& contra. Extrema vero mala, & omni consolatione majora, ut ferenda sint, Arrianus docet. Wolfius.

⁶ Ἀπ' αὐτῶ.] Salmasius & alii αὐτῶ.

C

κδ.

κέ.

CAP. XXV.

Ἰνίκη¹⊙ εἶναι δύ-
νασσι, ἐὰν μηδένα
ἀγώνα καταβαίνης, ὃν
οὐκ ἔστιν ἴστί σοι νικῆσαι.

Ἰνίκη¹⊙ εἶναι δύνασσι. Inviētus esse potes. Hoc di-
ctum pendet e divisione rerum,
in initio facta. Vincuntur, qui res
alienas expetunt: hoc est, eas,

Inviētus esse potes, si in
nullum certamen de-
scendas, quod vincere, tui
arbitrii non est.

quæ ad corpus pertinent, & in ma-
nu fortunæ sunt. Vincunt qui pra-
vas opiniones & cupiditates op-
pugnant, modo legitime certent.
Wolfius.

κς'.

CAP. XXVI.

Ὅρα μήποτε ἰδῶν τινα
περὶ μῶλρον, ἢ
μεγαλοδυναμῆλρον, ἢ
ἀλλως δόδοκιμῶντα, μα-
καρίσης, ἢ τὸν Φαν-
τασίας σαρπασθεῖς.
ἢ ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἢ
ἐστὶ αἰσθητῶν ἢ, ἢ τε ὁ
φθόνος, ἢ τε ζηλοτυπία
χώραν ἔξῃ. σὺ γὰρ αὐτὸς ἐ-
πρατηγὸς, ἐπρύτανις, ἢ
ὑπάλλ⊙ εἶναι θελήσεις,
ἀλλ' ἐλθέθης. μία γὰρ
ὁδὸς³ πρὸς ταῦτα, κα-
ταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ'
ἡμῖν.

Ἰ Priorēs omnes quās vidi edit.
Veneta, antiquior; Plantiniana re-
centior: alia; σαρπασθεῖς exhibent:
Salmassiana, (ex codice, an con-
jectura incertum:) ut hic σαρπασ-
θεῖς; quod quidem quia quatuor so-

Si quem eximiis honori-
bus affectum, aut ampla
potestate præditum, aut
alioqui florentem, videris;
vide, ne quando beatum il-
lum prædices, visorum im-
petum secutus. Nam si in
rebus nostræ potestati
subjectis vis tranquillita-
tis constiterit, nec invidia
nec æmulatio locum ha-
bebit; tuque ipse non im-
perator, non senator, non
consul esse voles, sed li-
ber. Ad eam autem rem
via unica est; eorum, quæ
in potestate nostra non
sunt, contemptio.

lemne in hoc argumento verbum
Epicætero, (proximo quoque capite
reperitum;) aliisque; & confirmat
etiam Paraphrasis, verius esse credide-
rim. Casaubonus.

2 Ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἢ ἐστὶ αἰσθητῶν ἢ, ἢ τε ὁ
φθόνος, ἢ τε ζηλοτυπία

τῶ ἀπαθῆς ἤ. Nam si in rebus nostra potestati subiectis, vi tranquillitatis constiterit.] ἡ εἰσία τῆ ἀπαθῆς, idem quod ἀντιῆ ἀπάθεια. quam (Ciceronem secuti) vel indolentiam (et si ea potius ἀναλγησία est) vel vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita sit, vel vacuitatem ab angoribus & perturbationibus, appellamus licet. Sententia est, et si verbis obscurioribus more Stoico prolata: Eum qui bona omnia à seipso petat, animo esse tranquillo: qui tranquillo animo sit, eum nec invidere, nec amulari. Cum enim ἀπάθεια perturbationes omnes excludat: invidiam utique & amulationem etiam excludere. Sin hi affectus in aliquo dominantur: ex eo plane colligi, procul eum ab animi tranquillitate abesse, nec philosophiæ præceptis obtemperare. Sed cum apud Arrianum hujus quoque libelli, Simplicio si credimus, auctorem, nunquam τῶν εἰσιῶν τῆ ἀπαθῆς me legisse meminerim: rectius id arbitror, quod ibi crebro habetur, ἡ εἰσία τῆ ἀπαθῆς. Wolfius.

Ἡ εἰσία τῆ ἀπαθῆς ἤ.] Satis miror doctissimum Wolfium, non hujus tantum Enchiridii, sed Arriani, & Simplicii interpretem, non vidisse corruptum hunc esse locum, & pro τῶν ἀπαθῆς (cui non est hic locus) τῆ ἀπαθῆς scribendum esse. Poterat, ut rem ipsam omittramus, sufficere Simplicii autoritas, cujus hic verba: εἰ γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῶν ἐστίν, &c. Paraphrastes etiam: Ἐάν τε γὰρ Διὸς τὴ ἐφ' ἡμῶν ἀγαθὴ, &c. Sed ut etiam contentiosus (sunt enim quibus etiam certissima, si qua possunt, eludere, dulcis labor:) fiat satis: apponemus aliquot Arriani, sermonum Epicteti collectoris, loca, quæ

quod volumus, evincant. I. r. c. 20. Οὐσία δ' ἀγαθῶν, ἡ ἡσυχία οἷα δὲ φωνασίων. Ibid. cap. 29. Οὐσία τῆ ἀγαθῆς, ἀπραΐσεις ποιεῖ. & iterum eodem cap. de Sociate. Πᾶς ἢ ἡ εἰσία αὐτῶν τῆ ἀγαθῆς; lib. 11. caput octavum totum ejus argumenti; cujus inscriptio: τίς εἰσία τῆ ἀγαθῆς; & in ipso capite non semel, εἰσία τῆ ἀγαθῆς. lib. 111. cap. 23. (alias 24.) τῶν δ' εἰσιῶν τῆ ἀγαθῆς καὶ τῆ κακῆς. &c. lib. 11. cap. 10. Ἡ δ' εἰσία τῆ ἀγαθῆς καὶ κακῆς, &c. Denique capite extimo, verbis ultimis: ταῦτ' ἔστιν εἰσία ἔχου τῆ ἀγαθῆς. τὴ δ' ἀπάθεια, &c. Poteram & Simplicii locos apponere: sed vereor, ne nimia sedulitas lectoribus ingrata & fastidiosa sit. Quis autem dixerit, εἰσία τῆ ἀπαθῆς, nondum observavi. Quid quod Gallici interpretes, primus & secundus vel ita in suis codicibus repererunt, vel ex ingenio, rebus ipsis eo ducentibus, ita contrexerunt? *Car si la substance du bien est es choses qui sont en nous*: ita primus, verbum verbo reddens: quod doctissimus & politissimus Duvivius, *Car se le vray bien ne consiste qu'es choses qui sont en nostre puissance*: multo melius, & elegantius. Sed & Wolf. in *Notis* (quod his scriptis, postea animadvertum est à nobis:) veram scripturam tandem subodoratus est. *Casaubonus*.

Certe Wolphiana editio, Colonia anno MDXCV. excusa, & Cantabrigiæ anno MDCLV. ad prælum revocata, hunc locum ita exhibet. ἡ εἰσία τῆ [ἀγαθῆς] ἀπαθῆς ἤ. Animadvertet enim tunc temporis vir doctus hunc locum in mendam cubare, uti ex textu & notis observare licet.

3 Πηγῆς ταῦτα.] Lege, ἀπάθεια τῆ ἀπαθῆς.

C 2

x 2.

κζ.

Μέμνησο, ὅτι ἔχ' ὁ
λοιδορῶν, ἢ τύπλων
ὑβρίζῃ, ἀλλὰ τὸ δόγμα
τὸ πρὸ τῶν, ὡς ὑβρι-
ζόντων. ὅταν ἔν ἐρεθισ-
σέ τις, ἴσθι ὅτι ἢ σὴ σε
ὑπόληψις ἤρεθισε. ποι-
γαρῶν ἐν πρώτοις πειρῶ,
ἵπὸ τῆς φαντασίας μὴ
συναρπαδιῶμαι. ἀν γὰρ
ἀπαξ χρόνος καὶ διατρι-
βῆς τυχῆς, ῥᾶθον κρατή-
σης σεαυτῶ.

1 Ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρ-
παδιῶμαι.] Ita Wolfiana, Salma-
fiana, Casauboniana & item alie

CAP. XXVII.

Memento, non eum
qui convicietur aut
verberet, auctorem esse
contumeliæ: sed opinionē
de eis, tanquam contume-
liosis, conceptam. Cum
igitur te quispiam irritarit,
opinionē tuā te irritatū n
esse scito. Quapropter im-
primis operam dato, ne vi-
fa tibi assensum extor-
queant. Nam si semel tem-
pus & moram impetraris:
facilius ipse tibi imperabis.

editiones exhibent, excepta sola Plan-
tiniana, in qua legitur: ὑπὸ τῆ
φαντασία μὴ συναρπαδιῶμαι.

κη.

Θάνατος, καὶ Φυγή, καὶ
πάντα τὰ ἀνά Φαι-
νόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν
ἔσονται καθ' ἡμέραν μά-
λισσι ἢ πάντων ὀθιναί.
καὶ εἶδεν εἰδέποτε ταπεινὸν
ἐνθυμηθῆσαι, ἢ ἔπε ἄγαν
ἰπθυμῆσθαι πινός.

1 Οὔτε ἄγαν ἐπιθυμῆσθαι πινός.
Neque quicquam vehementer appetes]
Syracides, cogitationem mortis &
divini iudicii à peccando detertere
affirmat. Quod si facit: multo ma-
gis æquo animo res adversas ferre,
secundatque contemnere docet, ob
breve scilicet eorum & dolorem

CAP. XXVIII.

Mors & exilium, &
omnia, quæ in ma-
lis habentur, ob oculos
tibi quotidie versentur:
omnium vero maxime
mors. Sic nihil unquam
humile cogitabis, nec im-
pense cupies quicquam.

& fructum. Sic Cicero: Omnis
(inquit) voluptas pro nihilo putanda
est, quod cum præterierit, perinde
sit, ac si nulla fuisset. Sed in magnis
corporis cruciatibus & angoribus
animi, una hora toto anno videretur
longior, & unus dies multis sæculis.
Wolfius.

κθ.

κθ'.

CAP. XXIX,

Φιλοσοφίας ἐπιθυ-
μείς; ὡς καταγελα-
σθησόμεθα, ὡς καταμω-
κησομεθ' ἡμῶν ὡς πολλῶν, ὡς
ἐρέων, ὅτι ἄφρων φιλό-
σοφος ἡμῶν ἐπιανελέλυ-
θε, καὶ, ποθεν ἡμῶν αὐτῆ ἢ
ὄφρους; ² σὺ ἢ ὄφρου μὴ
μὴ χῆς. ἢ ἢ βελτίων σοι
φαινομένων ἔτως ἔχῃ,
ὡς ὑπὸ τῆς πελαγμέν-
ου ³ εἰς πᾶν τὴν τὴν πῆξιν.
μέμνησο δὲ, ὅτι εἰ μὴ
ἐμμένῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ
καταγελασθέντες σε περὶ τε-
ρον, ἔσονται σε ὑπερον ⁴ θω-
μάσασιν. εἰ μὴ ἢ ἢ ἢ ἢ
αὐτῶν, διὰ τὴν περιστά-
σιν καταγέλωτα.

¹ Φιλοσοφίας ἐπιθυμείς;] Sal-
masiana, ut se penumero, ita etiam
nunc à vulgata lectione recedit: εἰ
φιλοσοφίαν ἐπιθυμείς.

² Σὺ ἢ ὄφρου μὴ μὴ χῆς. Tu
autem supercilium ne habeto.] Vultum
cogitandum, tristem severitatem,
ac fastum, per supercilium intellige.
Hunc autem fuisse philosophorum
habitum, è Menandri dictis appa-
ret: ὄφρου κλέω (inquit) εἶναι φασί
τὴν ἐρημίαν οἱ πᾶς ὄφρους αἰροντες:
Meditationi aptam esse ajunt solitudi-
nem, in qui supercilia erigunt. Wolfius

Sapientiae studium susci-
pere cupis? Statim te
para, quasi futurum sit, ut
deridearis: ut multi te
subfannet: ut dicant, te
subito philosophum existi-
tisse: ut rogent, unde
supercilium illud? Tu au-
tem supercilium ne habeto:
ea vero quae optima
tibi videbuntur, sic tene-
to, quasi à Deo sis in ea
statione collocatus. Car-
terum memento, te, si in
eodem statu permanferis,
iis tandem admirationi fore
re, qui te prius derise-
runt. Sin eis succubueris,
dupliciter fore deriden-
dum.

³ Εἰς πᾶν τὴν τὴν πῆξιν. Wolfius
bene contendit etiam posse le-
gi, Εἰς πᾶν τὴν τὴν χωρᾶν, quod
forte in MS. invenit. Nam eandem
profecto significationem habent
πῆξις & χωρᾶν. Thucydides lib. iv.
inquit: Κατὰ χωρᾶν ἠδύεσι ἐπὶ τῇ
Πύλῳ. Id est: Circa Pylum statio-
nem habent. Plantinianæ editioni
præfectus hunc locum asterisco no-
tavit, atque ad oram libri quoque
χωρᾶν posuit.

⁴ Θωμάσασιν.] Salmasiana in
præsentī θωμάσασιν.

C 3

κθ'.

λ'.

CAP. XXX.

Εάν ποτέ σοι γῆν' ἔξω
 σραφῆναι, ² πρὸς τὸ
 βέληθῆναι δρέου πινί,
³ ἴδι ὅτι ἀπώλεσας τῷ
 ἔντασιν. δρκεῖ ἔν ἔν πιν-
 πῖ, τῷ εἶναι φιλόσοφου.
⁴ εἰ ἢ χ' δοκῆν βάλει, τῷ
 εἶναι σεαυτῷ φαίνας, καὶ
 ἰκκίος ἔση.

1 Εάν ποτέ σοι γῆν' ἔξω σρα-
 φῆναι. Si quando tibi acciderit foras
 veiri.] Clotiolæ cupiditatem &
 ostentationis itatium, qui affectus
 tardissime in bonis & doctis etiam
 vitis fenescit, vetat. Vult, philo-
 sophum tete inita conscientia suæ
 limites, tanquam cochleam intra
 tellam continere, eamque amplifi-
 mum virtuti suæ theatrum propo-
 nere, statueret ac judicare. *Wolsius.*

2 Πρὸς τὸ βέληθῆναι.] Con-
 temni non potest τὸ βέλεω quod in
 Salmatiana conspiciatur.

3 Τῷ ἔντασιν ἀπώλεσας. Te de
 statione tua dejectum esse.] ἔντασις
 apud Dialecticos quid sit, notum
 est. Hic à pugilibus translatio sum-
 pra est, qui de gradu dejecti, vin-
 cuntur. Licet ἔντασιν, institutum
 vertere, id scilicet, in quo homo
 animo, voluntate ac studio sic infi-
 stit, ut pugil aut miles in suo gradu,
 non cessans adversario, ἔντασις
 philosophi est, alie spectantem, &
 ad illam sedem & æternam domum
 conuentum, neque sermonibus vul-
 gi dæne sese, nec in præmiis huma-
 nis spem ponere rerum suarum.
 Suis illum illecebris oportet ipsa
 virtute trahat ad verum decus, ut ait
 Cicerō. In hanc sententiam D.
 quoque Basiliius præclare monet:

Si quando acciderit, ut
 Sforas prominereas, & ali-
 cui placere cupias; te de
 statione tua dejectum esse
 scito. Quare in omnibus
 rebus illud tibi satis sit, te
 esse philosophum. Sin ali-
 cui etiam videri philoso-
 phus cupis; tibi videre,
 idque tibi satis esto.

στκ εἶναι ὁ μᾶλλον φερέλιον εἶναι τῷ
 σραφῆναι. Ἐπρὸς δὲ ἔξω ζῆν. καὶ
 τὰ τοῖς πολλοῖς δοκῆν αὐτὸν σκο-
 πῆν, καὶ μὴ τὸ ὄρθην λοσεν ἡγεμόνα
 πεινῶν ἔβρι. ὡς κἄν πᾶσιν ἀν-
 θρώποις ἀντιλέγειν, καὶ ἀδοξείν καὶ
 κινδυνώειν ἕταρ ἔκαστω δειν,
 μηδὲν αἰρείω τὸ ὄρθως ἐγνωσµῶν
 παρακινεῖν. Hoc est: Nihil æque
 cavendum esse cordato viro, atque
 illud, ne vitæ suæ rationem ad po-
 pularem opinionem accomoderet,
 & quid vulgus sentiat, circum-
 spectet. Rectam enim rationem
 vitæ ducem esse statuendam: & ita
 sequendam, ut etiam omnibus morta-
 libus resagandum, si existimatio,
 si vita in discrimen adducenda sit
 pro honestatis defensione; tamen
 de recta sententia nullo modo de-
 pellatur. Verum hic vigilandum, ne
 fallis opinionibus decepti, & rei cu-
 jusque natura non satis expensa, pro
 constantibus sigidi, pertinaces, præ-
 fracti evadamus, & in nugis tragæ-
 dias agamus, & nobis & aliis graves
 ac molesti. *Wol.*

Wolf. de statione tua dejectus es;
 non male: sed nec alii, de gradu:
 ut Not. Lugduno-Batav. auctor;
 (id est, H. Wolf. ex quo transcripta
 fere sunt omnia, quæ sunt ibi:)
 cujus à pugilibus militibusve ducen-
 dis

dis observationem confirmat Antonini verbum, λιποπείλαι in simili per omnia sententia, lib. 11. 8. αἰμώπερι γὰρ ἐπίσης λιποπείλαι. Nulla tamen huic loco convenientior (ut ego iudico) interpretatio, quam *vita institutum*: quod & Diogenis Laert. in Menedemo locus, valde suadere videtur: ubi asserit Diogenes ille, Epicurismum non ἔντασιν tantum ἔβισ' fuisse, sed & αἰρεσιν: id est, sectam, non solo vita instituto ab aliis diversam; sed propriis quoque dogmatibus & opinionibus constantem. Male ibi (ni fallor) interpretes: alii, *vita instituenda exordium*: alii, *constantiam vite*. Casaubonus.

Salmasius & Casaubonus alio ordine hæc ediderunt verba, scilicet hoc modo: ἴδι' ὅτι τῶν ἔντασιν ἀπώλεσας. Ita quoque in aliis editionibus observavimus.

Quid Dialectici vocent ἔντασιν, quæ Latine instantia dicitur, notum est. Vide infra cap. LXXI. ubi declaratur, quid hic loci per ἔντασιν designet

auktor. Quod hic ἔντασιν supra cap. IX. videtur παραίρεσιν appellare. S necanus.

4 Εἰ ἢ καὶ δοκεῖν βέλῃ, τῷ εἶναι, σὺ τῷ φαίνῃ. Sin etiam *videri vis, quia es, ἔστι tibi videre.*] Politicianus τῷ εἶναι omisit: nec est sane necessarium, ni quis interpretari velit. Quia es, vel, essendo (si dicere liceat) tibi ipse videre philosophus. Wolfius.

Videri possit aliquid acutius hic latere, quasi id velit Epicætetus: Si hoc non sufficit tibi, te esse philosophum, nisi talis etiam videaris; operam da, ut vera ac solida tanti boni acquisitione & fruitione, ipsum te tibi probes, ac qualis es, talem te sentias: & ita facile confiteris, ut aliis quoque videaris. Sed cum neque Simplicius, neque Paraphrastes agnoscant istud τῷ εἶναι; vereor ne id magis argumentum, quam genuinum sit. Quod hic autem ἰκανὸς ἔση: Simplicius & Paraphrastes ἰκανὸν ἐστὶ vel ἔση. Casaubonus.

λά.

C A P. XXXI.

Ὅτι σε οἱ ἀγαθo-
γισμοὶ μὴ θλιβέτω-
σαν, ἄπιμ' ἐγὼ βιώ-
σασαι, καὶ εὐδαίμων. εἰ
γὰρ ἀπμία ἐστὶ κακὸν, ἔ
διώσασαι ἐν κακῷ εἶναι δι
ἄλλον, μᾶλλον ἢ ἐν αἰ-
χρῶ. Μή τι ἐν τῷ σὸν ἔρ-
γον ἐστὶν, ἢ τὸ δέχῃς τυ-
χεῖν, ἢ ἀδολογηθῆναι
ἐφ' ἐστίασιν, εὐδαίμων. πῶς
ἐν ἐπι τῶν ἐστὶν ἀπμία;
πῶς

Ista cogitationes ne te crucient, fore ut sine honore vivas, & nullo sis loco. Nam si honore carere malum est: nihilo magis per alium in malo esse potes, quam in vitio. Nunquid igitur tui muneris est, imperio potiri? aut ad convivium adhiberi? Nequaquam. Quei igitur ea jam erit ignominia?

C 4

quei

πῶς ἢ ἔδαις ἔδαμῃ ἔση, ὃν ἐν μόνοις εἶναι πῶς δεῖ τοῖς ὄπτι σοι, ἐν οἷς ἔξεσι σοι εἶναι πλείους ἀξίω; ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται. τί λέγεις, τὸ ἀβοήθητοι; ἔχ' ἔξοσι παρὰ σε δαγύρον; ἔδ' ἐ πολίτας Ῥωμαίων αὐτὰς ποιήσεις; τίς ἔν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἔστιν, ἔχι ἢ ἀλλότρια ἔργα; τίς ἢ δεῖναι δύναται ἔπερῳ, ἀ μὴ ἔχει αὐτός; κήσται ἔν, φασίν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. εἰ δύναται κήσεται, τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα. καὶ πῶν. καὶ μεγαλόφρονα, ⁴ δεικνυετέ τ' ὁδόν, καὶ κήσεται. εἰ δ' ἐμὲ ἀξίετε πῶν τὰ ἐμαυτῶν ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ πεποιθήσθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἀνισί ἔσε, καὶ ἀγνώμονες. τί ἢ καὶ βάλειτε μάλλον, ⁵ δαγύρον, ἢ ⁶ φίλον πῶν καὶ αἰδήμονα; ⁷ εἰς τῶτο ἔν μοι συλλαμβάνετε, καὶ μὴ δι' ὧν

ἀπο-

quei nullo usquam loco eris? quem in iis solis aliquem esse oportet, quæ penes te sunt, in quibus vel summo loco esse potes? At nihil opis amicis feres. Quo pacto istud accipis? non argentum abs te habituri sunt? nec eos in Romanam civitatem ascribes? Et quis tibi dixit, ea penes nos esse, & non aliena munera? Quis vero id alteri præstet, quo ipse careat? Parato ergo, ajunt, ut & nos habeamus. Si parare queo, conservata verecundia, & fide, & animi magnitudine, vosque ejus rei viam ostenderitis; parabo. Sin id postulatis, ut bona ego mea perdam, quo vos ea, quæ in bonis non sunt, acquiratis: videte ipsi quam iniqui sitis, & temerarii. Utrum vero præoptatis? pecuniamne, an amicum verecundum & sincerum? Ad hoc igitur adjumento mihi este; non autem postulate, ut ea faciam, per quæ illa

sum

ἀποβαλῶ αὐτὸ, παῦτά με
 πράττειν ἀξιοῦτε.⁸ ἀλλ' ἢ
 πατέρις, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ,
 Φησὶν, ἀβοήθητος.⁹ πάλιν,
 ποίαν ταύτην βοήθειαν;
 σοὰς ἔχει ἔξω διὰ σε;
 ἔτε βαλανεῖα;¹⁰ καὶ τί τῶν;
 ἔδ' ἔτι ὑποδήματα ἔχει
 διὰ τὴν χαλκεία, ἔδ' ὅπλα
 διὰ τὴν σκυτεῖα. ἰκανὸν ἦ,
 ἐὰν ἕκαστος ἐκπαληρώσῃ
 τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. εἰ ἦ ἄλλον
 πινὰ αὐτῇ κατασκευάζεις
 πολίτῳ πρὸν καὶ αἰδήμονα,¹¹ ἔδ' ἐν
 αὐτῷ ὠφείλεις, καί. ἔκ' ἐν
 ἔδ' ἐν αὐτῷ ἀνωφελῆς ἐν
 εἰς αὐτῇ. τίνα ἔν, Φησὶ,
 χάραν ἔξω ἐν τῇ πόλει;
 καὶ ἐν δύνῃ, φυλάττων
 ἅμα τῷ πρὸν καὶ αἰδήμονα.
 εἰ δ' ἐκείνῳ ὠφελῆν
 βελόμην, ἀποβαλεῖς
 ταῦτα, τί ἔφελ' ἐν αὐτῇ
 γῆμοιο, ἀναιδῆς καὶ ἄπιστος
 ἀποτελεθεῖς;

sim amissurus. At enim patriæ per me nihil afferitur adjumenti. Cujusmodi quæso adjumentum? Porticus per te non habitura est? non balnea? Istuc vero quid est? neque enim calceos habet per fabrum ferrarium, neque arma per futorem. Satis autem fuerit, suo quemque fungi munere. At si quem alium ei civem instrueres integrum & verecundum; nihilne eam juvares? imo vero. Proinde ne tu quidem patriæ fueris inutilis, Quem ergo locum; inquis, habebo in urbe? Quem poteris, integritate & verecundia conservata. Sin illi profuturus, hæc abjeceris: quis ei tui fuerit usus, qui impudens & perfidus evaseris?

1 Ἄπειρος ἐγὼ βίωσμαι. Sic omnes constantiter exhibent editiones, excepta una Salmasiana, in qua legitur, ἄπειρος ἔσομαι. Quanquam aliquando τὸ βίωσμαι & εἶναι sint synonyma, miror tamen Salmasianæ editioni præfectum, nullam hujus

mutationis rationem allegare.

2 Οὐ δυνάσασθαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον. Non potes in malo esse propter alium. Pendet hæc sententia ex dogmate Stoico: Solum honestum esse bonum, solum vitium esse malum. Contemptus & neglectus mei,

fi ego officio fungor, non meum vitium, ergo neque meum malum est: sed eorum & vitium & malum, qui ex perverso iudicio & voluntate prava me immerentem contemnant, negligunt, male tractant, afficiunt. *Wolffius.*

3 Το δρχής πυχύν.] *Wolffius* praeter haec lectionem, aliam in editione sua annotavit. Το ἐξ ἀρχῆς πυχύν.

4 Δεικνύετε τὴν ὁδόν. *Viam ostendite.*] Significat non nisi malis artibus parari opes & dignitates: ea que de causa vito bono illas aspernandas esse. neque enim de iis loquitur, qui se honore indignos praebent, ipsique in casu sunt ut contemnantur. *Wolffius.*

5 Ἀργύριον, ἢ φίλον πισόν. *Pecuniam an amicum fidelem.*] Hoc tempore pecuniam plerique malunt. neque enim pauperis amici ullum esse usum censent. Sic dotatae puellae pudicis & bene educatis praefertur, sic quae forte sunt tales, talesque permanent. Quare proci ignoscendum fortassis est, qui tam incerta pudicitiae & probitatis alea, divitum uxorum quam pauperum intemperias ferre ac tolerare malunt. *Idem.*

6 Ἡ φίλον πισόν κὶ αἰδήμονα.] Inverso ordine *Salmatus*: ἢ φίλον αἰδήμονα κὶ πισόν. Inferius paulo habes: Πολίτην πισόν κὶ αἰδήμονα. Quem ordinem etiam *Salmatus* ibidem servat.

7 Εἰς τῆτο ἔν μοι συλλαμβάνετε.] *Salmasiana* (sed quae potius *Heinsiana* est dicenda) habet: εἰς τῆτο ἔν μοι μῶλλον συλλαμβάνετε. Hanc lectionem etiam *Wolffius* videtur agnoscere: & in *Plantiniana* ad oram libri, μῶλλον, pro varia lectione collocatum est.

8 Ἀλλ' ἢ πατεῖς, ὅσον ἐπ' ἐμοί, φησὶν ἀβοήθητον.] Ita *Salmasiana*,

Casauboniana & aliae editiones: *Ast Plantiniana* & *Wolffiana* habent: Ἀλλ' ἢ πατεῖς, ὅσον ἐπ' ἐμοί, φησὶν ἀβοήθητον. ἔτσιμ.

9 Πάσιν, ποίαν ταύτην βοήθειαν.] *H. Wol.* *cujusmodi quae ad adjumentum*: omisso πάλιν: *cujus ca* vis est hoc loco, ur ad praecedentia respiciat, & lectores rejiciat; illa scil. Τι λέγεις, τὸ ἀβοήθητον; *Quid vocas inutiles & inofficiosos?* Melius igitur hic *Politianus*; *Rursus quod tu hoc ais adjumentum?* Sed nec omisit *Paraphrasis*, ubi cum praecedat, π' λέγεις τὸ βοήθησον; sequitur hic; ποίαν πάλιν ταύτην τιμὴν λέγεις. *Casaubonus.*

10 Καὶ τί τῆτο; εἰδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸ σκυτεῖα εἰδὲ ὄπλα διὰ τὸν χαλκία. *Neque enim calceos habet per sutorem, neque arma per fabrum.*] Sic in omnibus editionibus legitur. *Naogeorgus* sensum secutus, vertit: *Nonne habet calceos per sutorem? nonne & arma per fabrum, quasi legisset, ἔχει γὰρ, quod mihi sane haud displicet.* Verum è *Simplicio* apparet inversum esse verborum ordinem, & sic legendum. εἰδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκία. εἰδὲ ὄπλα διὰ τὸν σκυτεῖα. Neque enim calceos habet à fabro arario, neque arma à sutore. Sensus est. Non magis à philosopho porticus & balnea, & civitatem Romanam postulandam, quam arma à sutore, aut à fabro ferrario calceos: cum philosophi munus sit, cives ad virtutem instituere. ut sutores, conficite calceos: & fabri, arma. *Wolffius.*

11 Οὐδὲν ἀν αὐτῷ ὠφέλει. *Nihilne ei prodesset.*] Malim, ut *Simplicio*, ὠφέλεις, vel potius ὠφελῆς. *Idem.*

Salmasiana editio habet. εἰδὲν ἀν αὐτῷ ὠφέλεις. Fortasse ex *Simplicio* desumptum.

λβ'.

CAP. XXXII.

Ἰ Πραξιμήθη Ἐξ πῆς ἐν
 ἑστίασθ, ἢ ἐν πρῶτα-
 γορδοσθ, ἢ ἐν τῷ ᾧ ᾠδῶ-
 ληφθῶσθ εἰς συμβε-
 λίαν; ² εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦ-
 τὰ ἐστὶ, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι
 ἔτυχεν αὐτῶν ἐκείνῳ. εἰ
 ὃ κακὰ, μὴ ἀχθῆς, ὅτι σὺ
 αὐτῶν ἐκ ἔτυχες· μέμνη-
 σο δὲ, ὅτι εἰ δύνασαι, μὴ
 ταῦτα ποιῶν πρὸς τὸ τυ-
 χάνειν τῶν ὄντων ἐφ' ἡμῖν,
 ἐκείνων τῶ ἴσων ἀξιῶσθ·
 πῶς γὰρ ἴσον ἔχῃ δύνασαι,
 ὃ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας
 τινός, τῷ φοιτῶντι; ὃ μὴ
 ᾠδῶπέμπων, τῷ ᾠδῶ-
 πέμπωντι; ὃ μὴ ἐπαμνῶν,
 τῷ ἐπαμνῶντι; ἀδικῶν ἐν
 ἔσθῃ καὶ ἀπολησῶν, ³ εἰ μὴ
 πρῶσι μὲν ταῦτα, ἀνδρῶν
 ἐκείνα πιπεράσκεται,
 πρῶσι αὐτὰ βεβλήσθ
 λαμβάνειν. ἀλλὰ πῶς
 πιπεράσκοντα θείδακες;
 ὁβολῶν, ἀν' ἕτω τύχη. ἀν
 ἐν τις πρῶσι μὲν τῶ ὁβο-
 λῶν, λάβῃ θείδακας, σὺ
 ὃ μὴ πρῶσι μὲν, μὴ λά-
 βῆς,

Est tibi prælatus ali-
 quis in convivio, aut
 salutatione, aut dandi con-
 filii officio? Si quidem
 ista bona sunt, gratulari
 debes illi, cui ea con-
 tingerunt. Sin mala; ne
 doleas, te in ea non in-
 cidisse; sed memento,
 cum ea non agas quibus
 illa parantur quæ in nostra
 potestate non sunt, fieri
 non posse, ut eadem tibi
 tribuantur. Nam quei
 valebit tantum is qui fo-
 res non frequentat, at-
 que is qui frequentat?
 qui non afficitur, atque
 is qui afficitur? qui non
 laudat, atque is qui lau-
 dat? Injustus igitur eris,
 & inexplebilis, si non
 numerato eo pretio, quo
 illa vaneunt, gratis ea
 consequi te postules. Age
 quanti vaneunt lactucæ?
 Ponamus, obolo. Si quis
 igitur, obolo numerato,
 lactucas acceperit; tu au-
 tem, pretio non nume-
 rato, non acceperis; ne
 te deteriore conditione
 esse putes eo, qui accepit.

Uē

βης, μὴ οἷα ἔλαττον ἔχῃ
 Ἐλαβόν] Θ. ὡς γὰρ ἐκεί-
 νος ἔχῃ θριδάκας, ἔτω
 σὺ τὸ θεολόν, ὃν οὐκ ἔδω-
 κας. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον
 καὶ νῦν. εἰ προσεκλή-
 θης ἐφ' ἐστίασιν τινος, εἰ γὰρ
 ἔδωκας τῷ καλῶνι πῶς
 πωλεῖ τὸ δεῖπνον. ἐπαίνε
 δὲ αὐτὸ πωλεῖ, θεραπείας
 πωλεῖ. ὁ δὲ εἰν τὸ διαφέ-
 ρον, εἰ σοι λυσιτελεῖ τὸ πω-
 λέμενον. ⁴ εἰ ἢ καὶ κείνα
 θέλεις μὴ προσέειπαι, καὶ
 ταῦτα λαμβάνειν, ἀπλη-
 ρῶς εἰ, καὶ ἀβέλτερος. εἰ-
 θεὸν εἶν, ἔχῃς ἀντὶ τῶν δεῖ-
 πνων, ἔχῃς μὲν εἶν, τὸ μὴ
 ἐπαυμένον τῶν, ἃν οὐκ ἤ-
 θελες. ⁵ τὸ μὴ ἀναχέειν
 αὐτὸς ὅτι τ' εἰσὶ δα.

Ut enim lactucas habet
 ille, sic tu obolum non
 dedisti. Ad eundem quo-
 que modum & hic fe-
 res habet. Non invita-
 tus es ad convivium ali-
 cujus? Nec dedisti quanti
 venit convivium. Ven-
 dit autem id convivor
 laudatione, vendit obse-
 quio. Dato igitur pre-
 tium, quanti venit, si è
 re tua est. Quod nec
 illa vis præstare, & hæc
 accipere: avarus es, &
 vorors. Nihil igitur cœ-
 næ vice habes? Imo ha-
 bes: non laudasti quem
 noluisti: non tolerasti
 ejus insolentiam in in-
 gressu.

1 Πενήμῃη (εἰ τις ἐν ἐστία-
 σι, &c.) Hæc & quæ sequuntur Sal-
 matus & alii absque interrogationis
 nota ediderunt. Wolfius ramen &
 alii contra. Sed planior est sensus, si
 interrogationis signum abjicias.

2 Εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτα. Si qui-
 dem bona ista sunt. Plerique com-
 plexionem istam invertunt, ἀντιπρέ-
 φοντες. Quia bona sunt, ea sibi nega-
 ta esse dolent: quia mala, ea evenisse
 alii gaudent. Wolfius.

3 Εἰ μὴ προσέειπαι τῷ πω. Si
 non numerasti his. Id est, ἀναλω-
 στας ἢ καὶ ἀλαλῶν. unde οἱ ἐλδὲ θε-

λοι προσελιοὶ χρηματίων dicuntur
 apud Aristotelem. Idem.

4 Εἰ ἢ καὶ κείνα &c.] Longe aliis
 verbis hic locus in Salmatina concipi-
 tur: Εἰ ἢ καὶ κείνα θέλεις μὴ προσέ-
 εἶ, καὶ κείνα λαμβάνειν, ἀπλη-
 ρῶς καὶ ἀβέλτερος εἶσθαι.

5 Τὸ μὴ ἀναχέειν αὐτὸς ἐπὶ τῆς
 εἰσόδου. Vel quod non sustinuerit vel
 toleratum in atrio. Videmur fallus
 divitum & ambitiosa salutationes
 intelligi, homini simplici & literato
 molestissimæ: item τὸ φοιτᾶν,
 παραπέμπειν, ἐπαυεῖν, salutatio-
 nes, deductiones, laudationes. For-
 tassis

tassis autem delicati divites in medio incedentes, parasitis suis utrinque inniti soliti fuerunt. Nam & hunc sensum verbum ἀναχέουσαι omnino admittit. *Idem.*

Τὸ μὴ ἀναχέουσαι αὐτῶν ἐπὶ τῷ εἰσοδῷ.] Wolf. non tolerasti ejus insolentiam in ingressu: quasi id voluerit Epicetius, qui ad cœnam vocati fuerant; non sine molestia, ex mora longiore, vel viliori aliquo obsequio: venientes eos admissos fuisse: quod quam probabile cuiquam videri possit, nescio; Epicetium certe aliud his verbis hic velle, certo mihi constat. Dixerat prius, ut lactucas obolo; ita cœnam, venire ἵπαινας, ἢ θεροπείας. Vt igitur, qui lactucas non emit, caret ille quidem lactucis; sed earum loco, obolum salvum habet; ita qui non vocatus est, cœnæ quidem expertus fuit; sed cœnæ loco, eo potitur, quod à necessitate laudandi, quem laudandum non putabat; & molestæ θεροπείας onere levatus sit. Hæc autem θεροπεία ita pluribus verbis hic exprimitur: τὸ μὴ ἀναχέουσαι αὐτῶν, &c. quibus in verbis si quid est ambiguum: intellecto quid θεροπεία sit, tollitur. Est autem θεροπεία τὰς αὐλαῖς alicujus, planè idem quod ἱέναι ἐπὶ τὰς θυραίας, & Φοῖβον ἐπὶ θυραίας: id est, observantiæ testandæ causâ alicujus fores frequentate, & (ut loquitur Aul. Gellius) ibi sedentes, operiri domini ædium, ut docet ὁ μακ. If. Casaubonus, in notis ad Diog. Laertium. Id autem præcipue mane fiebat, salutationis (de qua tam multa Martialis, aliique) tempore.

Sed nihil vetat quin laius extendamus, ad quodvis diei tempus. Et fortasse mos obtinebat, ut qui vocati fuerant, (qui minorum gentium convivæ: clientes, aliique:) in vestibulo αἶμα operirentur: & eo spectavit Iuvenalis:

Vestibulum abeunt veteres læsique clientes,

Votæque deponunt quamvis longissima cana.

Simplicius tamen, θεροπεία ἢ τούτων ἐστὶ, τὸ Φοῖβον ἐπὶ θυραίας, τὸ παραστέμπειν ἐν ἀγορῇ (quod expectationis in vestibulo consecrationem:) τὸ ἐπαινεῖν τὰ ἔω αὐτῶν λεγόμενα: & Arrianus pariter: lib. 111. 23. ἤλεις μὴ τὸ δεινὰ θεροπείαν ἐπὶ θυραίας αὐτῶν ποροῦσαι: ubi plura in eandem sententiam. Verba igitur ista quod attinet, ἀναχέουσαι αὐτῶν: non inepta sententia fuerit, si ex usu communi ipsum (αὐτῶν hic fortasse ἡγετ' ἐξοχῶν) Attice, pro dominus:) tolerare vertamus: est enim tolerantia non mediocris (mihi quidem certe) aliquem diu prætolari. Potius tamen viderur, ut simpliciter, ipsum expectare. Cæterum, τὸ ἐπαινεῖν, cum limine & cana quam apposite copulerur hic; testatur & istud Poëtæ Satyrici:

Sed quid opus teneras mordaci radere vero

Auriculas? vide sis ne majorum tibi forte

Limina frigescant. Casaubonus.

Innuuntur hic corrupti istius ætuli mores, quos Satyra dignos credidere Iuvenalis & Petrus. Suetonius.

λγ'.

CAP. XXXIII.

Τὸ βέλημα τῷ φύσει καταμαθεῖν ἐστίν, ἕξ ὧν ἔστι διαφοροποιεῖται

Naturæ propositum ex his rebus, de quibus nulla inter nos contro-
ver-

μετὰ πρὸς ἀλλήλους· οἶον,
 ὅταν ᾤ γείτον³ παιδά-
 ριον ἄ κατεάξῃ τὸ ποτή-
 ριον, πρὸ χειρόν ἐστιν ὁ-
 θύς λέγειν, ὅτι τῷ γινομέ-
 νον ἐστίν. ἴδι⁴ ἔν, ὅτι,
 ὅταν καὶ τὸ σὸν κατεαγῇ,
 ποιῆτον εἶναί σε δεῖ, ὁποῖον,
 ὅτε καὶ ᾤ ἀλλὰ κατεα-
 γῇ. ἔτω μεπατίθῃ καὶ ἵπτι
 πὰ μείζονα. τέκνον ἀλλὰ
 τέθνηκεν, ἢ γυνή; ἐδύς
 ἐστίν, ὅς σοκ ἀν εἶποι, ὅτι
 ἀνθρώπων. ἀλλ' ὅταν
 τὸ αὐτὸ τινὸς ἀποθάνῃ,
 ὁθύς, ὁ οἶμοι, πάλαι
 ἐγώ. ἐχρῶ ἢ μεμνηῶς,
 πὶ πάρομλῃ, πρὸ ἀλλῶν
 αὐτὸ ἀκέραιες.

1. Τὸ βέλημα τῆ φύσεως. *Natu-
 ra propositum.*] Positis veterē, *in-
 finitum*, sive *consilium*, qua voce,
 interprete Simplicio, intelligit com-
 munes hominum de rerum natura
 notiones, in quibus non aliud, sed
 idem sentimus omnes: veluti, Bo-
 num esse utile, & utile bonum: bis
 duo esse quatuor. Hæ igitur notio-
 nes, & id genus aliæ recta ratione
 in nobis constituta, longoque tem-
 pore explorata, veræ sunt & cum
 rerum natura congruentes. *Sue-
 canus.*

2. Ἐξ ἀνὰ ἀφ' ἐσθ' ὁμοίως πρὸς
 ἀλλήλους.] *Wol. de quibus nulla inter
 nos controversa est.* Sententiam mire
 pervertit istud πρὸς ἀλλήλους: quo

versia est; cognosci po-
 test. Exempli gratia: Si
 vicini puer poculum aut
 quid aliud confregerit, in
 promptu illud statim est:
 Ita fieri solere. Scito igitur,
 si & tuum con-
 fractum fuerit, eundem
 esse te oportere, qui fue-
 ris cum frangeretur alie-
 num. Sic transfer ista ad
 majora. Filius alterius
 obiit, aut uxor? nemo
 est quin dicat, humanum
 id esse. Sin ipsi alicui id
 acciderit; statim; Hei
 mihi, inquit, ὁ me mi-
 serum! Meminisse autem
 oportebat, ut affecti si-
 mus, cum tale quippiam
 de aliis audiverimus.

omissio, planissimus emergit sensus,
 & aliorum dictis congruentissimus.
 Vel dicat mihi aliquis, si proprium
 poculum frangatur; vel propria mo-
 riatur uxor, cur tum magis sit con-
 troversia aut contentioni locus;
 quam cum vicini poculum frangitur
 aut ejusdem moritur uxor? Simp-
 licius multa comminiscitur, ut ali-
 quid dicat: sed incasso, si quid ego
 iudicio, labore. Qui non intellige-
 bant istum usum verbi ἀφ' ἐσθ' ὁμοίως
 ἀπὸ τῶν positi; voces istas addide-
 runt, & locum, alias haud obscu-
 rum, contuperunt. Vetus hoc in-
 crustamentum esse, patet ex Simp-
 licio, qui ita in suis codicibus re-
 perit. Fidelior, fortasse (& anti-
 quior)

quior) *Paraphrasis* nostra non agno-
scit. Est autem *Διφ. Φέρεαδ* sic sim-
pliciter enunciatum quod vulgo di-
cimus, *to have an interest*. & *μη*
Διφ. Φέρεαδ, quod Latini dicerent,
inassenter habere. Est autem hic
usuf vocis, Antonino, ut alios omit-
tamus, valde familiaris. Locos ali-
quot adducemus, ne quis Simplicii
authoritate fretus, à vera lectione
sit alienior. lib. 6. initio: *μη Διφ.*
Φέρεαδ, πότερον ἴσον ἢ ἡαλλόμενον
το πρέπον ποιεῖς. Eodem loco: *τῷ*
μη σωματικῶ πάντα ἀΔιφ. Φορα.
ἔδδ ἡδ δυνάτου Διφ. Φέρεαδ. quan-
quam hic τὸ *Διφ. Φερεαδ* proprie sit,
discriminis intelligentiam habere: ex
qua intelligentia, voluntatis oritur
in utramque partem propensio. Idem
alibi paulo aliter, sed in eandem tamen
sententiam: cum *πρόpositio*.
ne, scil. & *substantivo*, non *persona*.
sed *rei*, ut cum dicit; *Διφ. Φέρεαδ*
πρὸς τὰ μέσα & *Διφ. Φέρεαδ πρὸς*
τῶ μη φ. ἡμῖν. id est. *de rebus me-*
diis & ad nos nihil pertinentibus, so-
licitos esse. Sed & postremus Arriani
liber in his verbis definit: *τῶ δ'*
ἀλλὰ γινώσκω ὡς βεβλήθ'. & *Διφ. Φέ-*
ρεαδμαι. mea non refert, ut ubi Wol-
fius. Aitigitur hic Epictetus: vicini
poculum, uxor, liberi; nihil ad
me. Hinc si quid illis contingit, re-
ctum in promptu iudicium. Idem
si nostris contingat, &c. *Casau-*
bonus.

Ὅταν ἔ γείτονος παιδεί-
ειον.] Malim, ἢ ἀλλὰ παιδεί-

λδ.

¹ Ὡς ἀπερ σκοπὸς πρὸς
τὸ δαπανηεῖν ἔ τί-
θεται, ² ἔτως ἔδδ κακῆ
Φύσις ἐν κόσμῳ γινεται.
³ εἰ μὴ τὸ σώμα (ἔ ἐπέ-
τρικέ τις τῷ ἀπαντήσων-

τι,

ειον, vel, κατεαξῆ τὸ ποτήριον
ἢ ἀλλο τι. Si vicini, vel alterius:
aut, frigerit poculum, vel quid
aliud. *Wolffius*.

4 Κατεαξῆ τὸ ποτήριον] Ita
Wolffius & alii: Salmastius vero,
κατεαξῆ scripsit; & inferius κατεαγῆ
ubi Wolffius & alii scripserunt κα-
τεαγῆ. Præterea Salmastiana hoc lo-
co auctior est, nam post ποτήριον
additur, ἢ ἀλλο τι. Quod etiam in
versione conspicitur.

5 Ὅτι ἐ τὸ ἔ ἀλλο. Cum alter
tius.] ἀλλὰ τὸ μὴ οἰκεῖον πικρῶ
ἀλλοτρίον εἰ ἔ μέλι. Sua quemque
premunt, aliena non curantur. Na-
turæ humanæ sive pravitatis sive im-
becillitas non fert, quicquid Epictet-
us de naturæ voluntate dicat, quic-
quid sacræ literæ de imperio Dei
prædicent, ut alieni boni aut mali
æque excitatus in nobis sensus sit,
atque nostri proprii. Illud quidem
natura nos docet, cum omnes ead-
em conditione simus: neque com-
munem fortunam (ut ait Cicero)
recusandam, neque peculiarem
optandam, & modice ferendam esse
omnia: nisi indignando atque af-
flicto nos conduplicare mala æ-
que exasperare libeat. *Wolffius*.

6 Οἱ μοι τίλας ἐγὼ.] Salmastiana
hoc loco auctior est, in qua hunc
in modum legitur: Οἱ μοι τίλας
ἐγὼ, βοῶ. Vtrum ex conjectura,
an vero ex MS. mihi non constat:
hoc certe scio, in aliis editionibus
non inventi.

C A P. XXXIV.

Quemadmodum aber-
randi causa meta
non ponitur: sic nec ma-
li natura in mundo exi-
stit. Quod si corpus qui-
dem tuum aliquis obvio

cu-

πὶ, ἢ γὰν ἀκλίεις ἀν' ὅπ' ᾧ
 (ὁ πῶ γινώμῃ τ' σεαυτῶ
 ἴπιτρέπεις τῶ τυχόνῃ,
 ἵνα, εἰάν λοιδορήσῃταί σοι,
 παραχθῆ ἢ σκείνη κ' συλχυ-
 θῆ, σὺν αἰσχύνῃ; ⁴ τὰτ' αὖ
 ἔνεκα ἐφ' ἑκάστῃ ἔργῃ
 σκόπη τὰ κατ' ἡγέμελμα, κ'
 τὰ ἀκόλαστα αὐτῶ, κ' ἕτως
 ἔργῃ ἐπ' αὐτό. ⁶ εἰ δ' ἢ μὴ,
 τ' μὴ πρῶτῳ παροχρῆματι
 ἤξῃς, μηδὲν τ' ἐξῆς ἐντε-
 θυμημῶν. ὕπερον δὲ,
⁷ ἀναφανέντων τινῶν αἰ-
 σχρῶν, αἰσχυρήσῃ.

1 Ὡς περὶ σκόπη ἄσπ' τὸ δό-
 τυχεῖν.] Planior & plenior senten-
 tia, si addantur verba Greg. Nyssē-
 ni, ex Epistola à b. m. parente, cum
 animadversionibus edita: ἡ γὰρ ἀμαρ-
 τία δότυχεύμα φύσεως ἐστίν, σὺν
 ἰδίῳ μα. αἰς τῷ ἢ νόσῳ, &c. Ca-
 saubonus.

De natura mali fuse hic differit
 Simplicius in commentariis, quem
 adeat cui hæc indagare cura fuerit.
 Wolfius δὲ κρινοῦς repetit voces
 αἰσῆς τὸ δότυχεῖν ἢ τίθε]. hoc sen-
 su: quemadmodum aberrandi causa
 meta non ponitur, sic neque mali
 natura existit in mundo aberrandi
 causa. Iudicet lector. *Seneca*.

2 Οὕτως ἰδὲ κρινοῦς φύσις ἐν
 τῷ κόσμῳ γίγνεται. Sic neque mali
 natura in mundo existit.] Obscurus
 & dubius locus, de quo plura ex Sim-
 plicio adducemus, qui hæc verba sic
 accipit, ut quicquam esse mali in
 mundo, aut si sit, à Deo esse, ne-
 gare videatur. Ego simpliciter δό-
 τυ

cupiam permetteret, in-
 dignareris: Tu vero, qui
 animum tuum cuilibet per-
 mittas, ut, si convicia
 tibi dixerit, perturbetur
 & mœreat, non eru-
 bescis? Quamobrem, cu-
 jusque rei antecessionibus
 & consecutionibus confi-
 deratis, sic eam aggrede-
 re. Alioqui primum ala-
 criter eam suscipies: eo-
 rum nullo, quæ conse-
 quuntur, expenso: post
 autem, turpitudine ali-
 qua exorta, verecunda-
 beris.

κρινοῦς repetissem, sic neque mali
 natura existit in mundo aberrandi
 causa: hoc est, necesse est homines
 in mala incidere. Proinde præpa-
 randus, ad ea prudenter & fortiter
 ferenda, est animus. Naogeorgus
 (quem honoris causa nomino) cum
 Simplicio consentit, nosque no-
 strapte culpa & malos, & in malis
 esse affirmat. Accipiunt illi ἐν τῷ
 κόσμῳ, quasi esset ὑπὸ τῷ θεοῦ. &
 bonum scopo. malum aberrationi à
 scopo comparant. Recte omnino:
 τὰ γὰρ τοῦ γαίρ πάντα ἐφίε]. Bo-
 num enim ab omnibus appetitur: &
 Deus optimus mala non facit: &
 mala fortasse non sunt quæ nos in
 malis numeramus. Sed an hoc sen-
 ferit Epictetus, ipse viderit. Profus
 enim hic ex ejus verbis elici sensus
 non potest. *Wolfius*.

3 Εἰ μὴ τὸ σώμα (ἢ ἐπίτρεπὶ
 πῆς τῷ ἀπαντήσαντι. Si quis corpus
 tuum obvio cuique permisisset.) A mi-
 nori ad majus argumentatur, hoc
 modo:

modo : Cum iis irascereis , qui corporis tui violandi cuius potestatem darent (cujusmodi est proscriptorum conditio) quanto magis tibi irasci debes , qui cuius animi tui lædendi potestatem dare soleas : cum tui arbitrii sit , lædi proptus à nemine ? *Idem.*

Salmasiana & aliz editiones habent *ἕταυτῶν τῶν* , pro *ἀπαντιῶν τῶν*.

4 Τέρτῳ ἐνεγκε, ἐφ' ἐκείνῳ ἐργῶ.] Si quis dubitat etiam post Voluntium & aliorum doctissimorum virorum labores , aliquid posterorum , quod Epicteto prodesset , diligentiz relictum esse , vel hinc discat. Multa enim hoc capite : vel loco : peccata. Nam primum ista , *τέρτῳ ἐνεγκε* : hic palam importuna , ad præcedentia pertinent : *ὅτι ἀιχμῶν τέρτῳ ἐνεγκε* ; quod & ipsa res clamat apertissime , & tum Arriani , tum Simplicii (in Enchiridii caput 36.) confirmat auctoritas ; & hic debuit hoc caput desinere. Quæ autem sequuntur ab illis ? *ἐκείνῳ ἐργῶ* : ad caput 37. *τῷ κατῆκοντι* , &c. unico capite (non , ut hic pluribus) includi debuerunt. Sed nec ista (quod postremum) sunt hic genuina , ab ipso *Enchiridii* conditore : sed post Simplicii & *Paraphraseos* ætatem , ex Arriano totidem (uno aut altero demptis) verbis temere huc translata. Non opus argumentis , cum sola inspectio sùdem facere cuius non cæco quæret. Hæc cum certissima sint , nobis tamen religio fuit , (in tam pusillo , tam pretioso præsertim libro) tantum nobis sumere , ut quæ tam longi temporis præscriptione pro genuinis adoptata læctaque sunt , ea loco pelleremus ; præterea quæ , quamvis nullo , non magis quam cætera ab Arriano collecta , consilio hic inserta : Parente tamen Epicteto nata sint , & alioqui dignissima quæ non uno legantur loco. Non pigebit igitur etiam in hæc quæ non intempestiva vi-

debuntur notavisse. *Casambonus.*

5 *Ἐκείνῳ ἐργῶ ὁσόντι τῷ κατῆκοντι ἔργῳ.* Res cuiusque antecessiones considera.] Vult nos (ut monet Homæus) *ροῦτεν ἀίμα ἀπέσωσιν ἡ ὀπίσω* , nec ea quæ ante pedes modo sunt videre , sed etiam illa quæ futura sunt prospicere. Cujusmodi sit :

Si quis docerè adolescentiam instituat , & id tantum consideret , quam pium , quam tranquillum & utile Reipublicæ munus sit , non abhorrebit ab eo vitæ genere. Sed priusquam id munus susceperit , antecessisse oportet magno studio partam eruditionem , & aptam ingeniis rudibus docendi rationem : oportet paucis esse contentum , non recusatè molestiis & labores , non moveri labore irritò , contemnere ingratos & superbos. Sine tali præparatione ad docendum qui accesserit , ubi negligentiam magistratus , incuriam parentum , hypodidascalotum inscientiam & pigritiam , discipulorum stuporem & cessationem , plurimorum obrecreationes , & eorum , à quibus adjuvandus erat , adversationes expertus fuerit , si se frustra fatigando nihil nisi odium quærere intellexerit , quod optima quæque ingenia iminatura atate alio transferantur , caudicibus & stipicibus tantum relictiis : & pudebit & pœnitebit temeritatis , qui quid ipse velleret & posset , tantum considerarit : non iis etiam cogitatis impedimentis , quæ aliorum stultitia & improbitate possent obijci. *Wolfinus.*

6 *Εἰ δὲ μὴ, τῷ ἔργῳ τῷ ἀποθύμῳ ἐφ' ἑξῆς.*] Ira quidem hæc editio , quam secuti sumus ; at in aliis omnibus vocem *ἐφ' ἑξῆς* non invenimus. In Wolfiana legitur : *Εἰ δὲ μὴ, τῷ ἔργῳ τῷ ἀποθύμῳ ἡξῆς* : & simili quoque modo in Salmasiana. Sed in Wolfiana pro varia lectione collocatum est , *ἀποθύμῳ ἀρξῆς, ἢ τε μὴδὲ τῶν* , &c.

7 *Ἄρα φανίτων ἡμῶν ἀίχμων.*

Turpibus aliquibus exortis.] Turpis est plerunque & ridiculus temeritatis exitus, ut & ipsa turpis est per sese. Possit fortassis pro αἰχρῶν legi δυ-

αχρῶν, molestiis subortis. et si verbum αἰχρῶν ἡσθη τῷ αἰχρῶν bene convenit. Salvo tamen aliorum iudicio. Wolfius.

λθ.

C A P. XXXV.

Θέλεις ὀλύμπια νικῆσαι; καὶ γὰρ, νῆ τὰς θεάς· κομψὸν γὰρ ἐστίν. ἀλλὰ σκόπη καὶ τὰ καθηγάδια, καὶ τὰ ἀκόλαστα. καὶ ἄτως ἀπὸ τῶν ἔργων. Δεῖ σὺ διακλιεῖν, ἀναγετροφῆν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμναζεσθαι πρὸς ἀπείκην, ἐν ὥρᾳ πεπαύμενη, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν. Ἀπλῶς, ὡς ἰατρῶν παραδεδωκέμεν σεαυτὸν τῷ Ἰππικῆτι. εἶτα εἰς τὸ ἀγῶνα παρέρχεσθαι. Ἔστι δὲ ὅτε χεῖρα βλαβῶν, σφυρὸν σρέψαι, πολλὴν ἀφῶν καταπιεῖν, ὅτε ματιγωθῆναι, καὶ μὴ ταῦτα πάντα νικηθῆναι. Ταῦτα πάντα ἐπισκεψάμενος· εἰ μὴ ἐπιθῆλης, ἔρχεσθαι ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν. εἰ δὲ μὴ, ὡς τὰ παιδία.

ἀνα-

H A D. Quid pedes? E P I C T. Mobile funda-
mentum.

H A D. Quid crura? E P I C T. Columnæ cor-
poris.

H A D. Quid sanguis? E P I C T. Humor vena-
rum vitæ.

H A D. Quid venæ? E P I C T. Fons carnis.

H A D. Quid est lux? E P I C T. Facies omnium
rerum.

H A D. Quid stellæ? E P I C T. Pictura culmi-
nis, nautarum gubernatores, noctis decor.

H A D. Quid pluvia? E P I C T. Conceptio ter-
ræ, frugum genitrix.

H A D. Quid est nebula? E P I C T. Nox in die,
labor oculorum.

H A D. Quid est ventus? E P I C T. Aëris per-
turbatio, mobilitas agrorum, siccitas terræ.

H A D. Quid sunt flumina? E P I C T. Cursus
indeficiens, refectio Solis, terræ irrigatio.

H A D. Quid est aqua? E P I C T. Subsidium vi-
tæ, ablutio sordium.

H A D. Quid est gelu? E P I C T. Herbarum
persecutio, vinculum terræ, fons agrorum.

H A D. Quid est nix? E P I C T. Aqua sicca.

H A D,

HAD. Quid est hyems? EPICT. Æstatis exul.

HAD. Quid est ver? EPICT. Pictor terræ, maturatio fructuum.

HAD. Quid est quod amarum dulce facit? EPICT. Fames.

HAD. Quid est quod hominem lassum fieri non finit? EPICT. Lucrum.

HAD. Quid est spes? EPICT. Vigilanti somnium.

HAD. Quid est spes? EPICT. Refrigerium laboris, dubius eventus.

HAD. Quid est anima? EPICT. Æqualitas animorum.

HAD. Quid fides? EPICT. Ignotæ rei miranda celsitudo.

* * * * *

HAD. Quid erit nobis si cinctum solvas, neque nudaberis ipse? respice corpus, quo & doceri possis. EPICT. Epistola est.

HAD. Quid est epistola? EPICT. Tacitus nuncius,

HAD. Quid est pictura? EPICT. Veritas falsa.

HAD. Quare hoc dixisti? EPICT. Videmus enim pomæ picta, flores, animalia, aurum, argentum, & non est verum.

HAD. Quid est aurum? EPICT. Mancipium mortis.

HAD. Quid est argentum? EPICT. Invidiæ locus.

HAD. Quid est ferrum? EPICT. Omnis artis instrumentum.

HAD.

A L T E R C A T I O. 241

H A D. Quid est gladius? E P I C T. Regimen castrorum.

H A D. Quid est gladiator? E P I C T. Sine crimine homicida.

H A D. Qui sunt qui sani ægrotant? E P I C T. Qui aliena negotia curant.

H A D. Qua ratione homo lassus non fit? E P I C T. Lucrum faciendo.

H A D. Quid est amicitia? E P I C T. Concordia.

H A D. Quid est longissimum? E P I C T. Spes.

H A D. Quid est spes? E P I C T. Vigilanti somnus, expectanti dubius eventus.

H A D. Quid est quod homo videre non potest? E P I C T. Alterius animum.

H A D. Quæ re peccant homines? E P I C T. Cupiditate.

H A D. Quid est libertas? E P I C T. Innocentia.

H A D. Quid regi & misero commune est? E P I C T. Nasci & mori.

H A D. Quid est optimum ac pessimum? E P I C T. Verbum.

H A D. Quid est quod alii placet & alii displicet? E P I C T. Vita.

H A D. Quid est optima vita? E P I C T. Brevis-
sima.

H A D. Quid est certissimum? E P I C T. Mors.

H A D. Quid est mors? E P I C T. Perpetua securitas.

H A D. Quid est mors? E P I C T. Timenda nulli, si sapiens degat, inimica vitæ, numen a-

man-

mantum, Metus parentum, Liberorum præda, Testamenti gratia, Post obitum sermo, Supremæ lacrymæ, Post memoriam oblivio, Fax røgi, Onus sepulchri, Titulus monumenti, Mors omnium malorum finis.

H A D. Quare mortuus coronatur? E P I C T. Agonem se vitæ transegisse testatur.

H A D. Quare mortuo pollices ligantur? E P I C T. Ut parem post obitum esse se nesciat.

H A D. Quid est vespillo? E P I C T. Quem multi devitant, & nemo effugit.

H A D. Quid est rogas? E P I C T. Contentio crediti, persolutio debiti.

H A D. Quid est tuba? E P I C T. Belli incitamentum, Castris signum, Arenæ admonitio, Scenæ commissio, Funeris deploratio.

H A D. Quid est monumentum? E P I C T. Saxa stigmata, Otiosi viatoris spectatio.

H A D. Quid est homo pauper? E P I C T. Quem ut puteum desertum, omnes aspiciunt, & suo loco illum relinquunt.

H A D. Quid est homo? E P I C T. Balneo similis. Prima cella tepidaria unctuarum, infans natus perungitur. Secunda cella, sudatoria, pueritia est. Tertia cella asæ perferentaria juvenitum. Quarta, cella frigidaria, senectus, omnibus æquat sententiam.

H A D. Quid est homo? E P I C T. Pomo similis. Poma ut in arboribus pendunt, sic sunt & corpora nostra, aut matura cadunt: aut, si citò, acerba ruunt.

H A D. Quid est homo? E P I C T. Sicut lucerna in vento posita.

H A D. Quid est homo? E P I C T. Locustæ hospes,

hospes, Legis imago, Calamitatis fabula. Mancipium mortis. Vitæ mora. Quo fortuna sæpe suos ludos facit.

H A D. Quis est fortuna? E P I C T. Ut matrona nobilis, quæ in servos se impingit.

H A D. Quid est fortuna? E P I C T. Sine iudicio proxima meta; Alienorum bonorum casus, Ad quem venit, splendorem ostendit, A quo recedit, umbram facit.

H A D. Quot sunt autem fortunæ? E P I C T. Tres. Una cæca quæ ubilibet se impingit. Et alia insana, quæ concedit, cito aufert. Tertia surda, quæ miserorum preces non exaudit.

H A D. Quid sunt Dii? E P I C T. Oculorum signa, Mentis numina: Si metuis timor est, si contines, religio est.

H A D. Quid est Sol? E P I C T. Splendor orbis, qui tollit & ponit diem, per quem scire nobis cursunt horarum datur.

H A D. Quid est Luna? E P I C T. Diei adiutrix, Noctis oculus, Fax tenebrarum.

H A D. Quid est cœlum? E P I C T. Culmen immensum.

H A D. Quid est cœlum? E P I C T. Aër mundus?

H A D. Quid sunt stellæ? E P I C T. Fata hominum.

H A D. Quid sunt stellæ? E P I C T. Litora gubernatorum.

H A D. Quid est terra? E P I C T. Horreum Cæteris.

H A D. Quid est terra? E P I C T. Cellarium vitæ.

H A D. Quid est mare? E P I C T. Iter incertum.

HAD. Quid est navis? EPICT. Domus erratic.

HAD. Quid est navis? EPICT. Ubilibet hospitium.

HAD. Quid est navis? EPICT. Numina Neptuni, Anni cursuum tabellarium.

HAD. Quid est Nauta? EPICT. Amator Pelagi, Firmi desertor, Contemptor vitæ, mortifque, Undæ cliens.

HAD. Quid est somnus? EPICT. Mortis imago.

HAD. Quid est nox? EPICT. Laboranti requies, Grassanti lucrum.

HAD. Quid est culcitra? EPICT. In somnis volutatorium.

HAD. Quare Venus nuda pingitur? EPICT. Nuda Venus picta, nudi pinguntur amores. Quibus nuda placet, nudos dimittat oportet.

HAD. Quare Venus Vulcano nupta est? EPICT. Ostendit amorem ardore incendi.

HAD. Quare Venus straba est? EPICT. Quia pravus est amor.

HAD. Quid est amor? EPICT. Otiosi pectoris molestia, In puero pudor, In virgine rubor, In fœmina furor, In juvene ardor, In senè risus, In derisore delicti, nequities est.

HAD. Quid est Deus? EPICT. Qui omnia tenet.

HAD. Quid est sacrificium? EPICT. Delibatio.

HAD. Quid est sine societate? EPICT. Regnum.

HAD. Quid est regnum? EPICT. Pars deorum.

HAD.

HAD. Quid est Cæsar? EPICT. Publicæ lucis caput.

HAD. Quid est senatus? EPICT. Ornamentum urbis splendor civium.

HAD. Quid est miles? EPICT. Murus imperii, Defensor patriæ, Gloriosa servitus, Potestatis indicium.

HAD. Quid est Roma? EPICT. Fons imperii orbis terrarum, Mater gentium, Rei possessor, Romanorum contubernium, Pacis æternæ consecratio.

HAD. Quid est victoria? EPICT. Belli discordia, Pacis amor.

HAD. Quid est pax? EPICT. Tranquilla libertas.

HAD. Quid est forum? EPICT. Templum libertatis, Arena litigantium.

HAD. Quid sunt amici? EPICT. Statuæ aureæ sunt.

HAD. Quid est amicus? EPICT. Pomo citreo similis, foris beatus, nam intra pectus acidum occultat malo.

HAD. Quid sunt parasiti? EPICT. Qui tanquam pisces adescantur,

DISPUTATIO

Regalis & nobilissimi Juvenis

P I P P I N I

C V M

A L B I N O

S C H O L A S T I C O .

P I p. Quid est litera? A L B. Custos historiae.**P** I p. Quid est verbum? A L B. Proditor animi.**P** I p. Quis generat verbum? A L B. Lingua.**P** I p. Quid est lingua? A L B. Flagellum aeris.**P** I p. Quid est aer? A L B. Custodia vitae.**P** I p. Quid est vita? A L B. Beatorum lætitia, miserorum mœlitia, expectatio mortis.**P** I p. Quid est mors? A L B. Inevitabilis eventus, incerta peregrinatio, Lachrymæ viventium, Testamenti firmamentum, latro hominis.**P** I p. Quid est homo? A L B. Mancipium mortis, transiens viator, loci hospes.**P** I p. Cui similis est homo? A L B. Pomo.**P** I p. Quomodo positus est homo? A L B. Ut lucerna invento.**P** I p. Ubi est positus? A L B. Intra sex parietes.**P** I p. Quos? A L B. Supra, subtus, ante, retro, dextra, lævaque.**P** I p.

P I p. Quot habet socios? A L B. Quatuor.

P I p. Quos? A L B. Calorem, frigus, siccitatem, humerem,

P I p. Quot modis variabilis est? A L B. Sex.

P I p. Quibus? A L B. Esurie & faturitate, requie & labore, vigiliis & somno.

P I p. Quid est somnus? A L B. Mortis imago.

P I p. Quid est libertas hominis? A L B. Innocentia.

P I p. Quid est caput? A L B. Culmen corporis.

P I p. Quid est corpus? A L B. Domicilium animæ,

P I p. Quid sunt comæ? A L B. Vestes capitis.

P I p. Quid est barba? A L B. Sexus discretio, honor ætatis.

P I p. Quid est cerebrum? A L B. Servator memoriæ.

P I p. Quid sunt oculi? A L B. Duces corporis, vasa luminis, animi indices.

P I p. Quid sunt nares? A L B. Adductio odorum.

P I p. Quid sunt aures? A L B. Collatores sonorum,

P I p. Quid est frons? A L B. Imago animi.

P I p. Quid est os? A L B. Nutritor corporis.

P I p. Quid sunt dentes? A L B. Mola morforum.

P I p. Quid sunt labia? A L B. Valvæ oris.

P I p. Quid est gula? A L B. Devorator cibi.

P I p. Quid manus? A L B. Operarii corporis.

P I p. Quid sunt digiti? A L B. Chordarum ple-
ctra.

P I p. Quid est pulmo? A L B. Servator aë-
ris.

P I p. Quid est cor? A L B. Receptaculum vi-
tæ.

P I p. Quid est jecur? A L B. Custodia calo-
ris.

P I p. Quid est fel? A L B. Suscitatio iracun-
diæ.

P I p. Quid est splen? A L B. Risus & lætitiæ
capax.

P I p. Quid est stomachus? A L B. Ciborum
coctor.

P I p. Quid est venter? A L B. Custos fragi-
lium.

P I p. Quid sunt ossa? A L B. Fortitudo cor-
poris.

P I p. Quid sunt coxæ? A L B. Epistylia colum-
narum.

P I p. Quid sunt crura? A L B. Columnæ cor-
poris.

P I p. Quid sunt pedes? A L B. Mobile funda-
mentum.

P I p. Quid est sanguis? A L B. Humor vena-
rum, vitæ alimentum.

P I p. Quid sunt venæ? A L B. Fontes car-
nis.

P I p. Quid est cœlum? A L B. Sphæra volu-
bilis.

P I p. Quid est lux? A L B. Facies omnium re-
rum.

P I p. Quid est dies? A L B. Incitamentum la-
boris.

P I p

P I p. Quid est Sol? A L B. Splendor orbis, cœli pulchritudo, naturæ gratia, honor diei, horarum distributor.

P I p. Quid est Luna? A L B. Oculus noctis, rosis larga, præfaga tempestatum.

P I p. Quid sunt stellæ? A L B. Pictura culminis, nautarum gubernatores, noctis decor.

P I p. Quid est pluvia? A L B. Conceptio terræ, frugum genitrix.

P I p. Quid est nebula? A L B. Nox in die, labor oculorum.

P I p. Quid est ventus? A L B. Aëris perturbatio, mobilitas aquarum, siccitas terræ.

P I p. Quid est terra? A L B. Mater crescentium, nutrix viventium, cellarium vitæ, devoratrix omnium.

P I p. Quid est mare? A L B. Audaciæ via, limes terræ, divisor regionum, hospitium fluviorum, fons imbrum, refugium in periculis, gratia in voluptatibus.

P I p. Quid sunt flumina? A L B. Cursus indeficiens, refectio solis, irrigatio terræ.

P I p. Quid est aqua? A L B. Subsidium vitæ, ablutio sordium.

P I p. Quid est ignis? A L B. Calor nimius, fons nascentium, maturitas frugum.

P I p. Quid est frigus? A L B. Febricitas membrorum.

P I p. Quid est gelu? A L B. Persecutio herbarum, perditio foliorum, vinculum foliorum, vinculum terræ, fons aquarum.

P I p. Quid est nix? A L B. Aqua sicca.

P I p. Quid est hyems? A L B. Æstatis exul.

P I p. Quid est ver? A L B. Pictor terræ.

Pip. Quid est ætas? ALB. Revestio terræ, maturitio frugum.

Pip. Quid est autumnus? ALB. Horreum anni.

Pip. Quid est annus? ALB. Quadriga mundi.

Pip. Quis ducit? ALB. Nox & Dies, Frigus & Calor.

Pip. Quis est auriga ejus? ALB. Sol & Luna.

Pip. Quot habet palatia? ALB. Duodecim.

Pip. Qui sunt Prætores palatiorum? ALB. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, Aquarius, Pisces.

Pip. Quot dies habitat in unoquoque palatio? ALB. Sol xxx. & * ekuis horas. Luna duos dies & octo horas, & bisse unius horæ.

Pip. Magister, timeo altum ire? ALB. Quis te ducit in altum?

Pip. Curiositas? ALB. Si times, descendam, sequar quocunque ieris.

Pip. Si scirem quid esset navis, præpararem tibi, ut venires ad me? ALB. Navis est domus erratica, ubilibet hospitium, viator sine vestigiis, vicina arenæ.

Pip. Quid est arenæ? ALB. Murus terræ.

Pip. Quid est herba? ALB. Vestis terræ.

Pip. Quid sunt holera? ALB. Amici medicorum, laus cocorum.

Pip. Quid est * amar * dulcia facit? ALB. Fæces.

Pip. Quid est quod hominem non lassum facit? ALB. Lucrum.

Pip. Quid est vigilantifomnus? ALB. Spes.

Pip. Quid est spes? ALB. Refrigerium laboris.

Pip.

P I P. Quid est amicitia? A L B. Æqualitas amicorum.

P I P. Quid fides? A L B. Ignotæ rei admiranda certitudo.

P I P. Quid est mirum? A L B. Nuper vidi hominem stantem, mortuum ambulans, qui nunquam fuit.

P I P. Quomodo potest esse, pande mihi? A L B. Imago in aqua.

P I P. Cur hoc non intellexi per me, dum toties vidi illum? A L B. Quia bonæ indolis es juvenis, & naturalis ingenii, proponam tibi quædam alia mira, tentans, si per te ipsum possis conjicere illa.

P I P. Faciam, tamen ita, si secus, quam est, dicam, corrigas me, A L B. Faciam ut vis, Quidam ignotus mecum sine lingua & voce locutus est, qui nunquam ante fuit, nec postea erit, & quem non audiebam, nec novi.

P I P. Somnium te fatigavit, Magister. A L B. Etiam fili, Audi & aliud: Vidi mortuos generare vivum, & aura vivi consumpti sunt mortui.

P I P. De fricatione arborum ignis natus est consumens. A L B. Verum est, Audivi mortuos multa loquentes.

P I P. Nunquam bene, nisi suspendantur in aere? A L B. Vere. Vidi ignem inextinctum pausare in aqua.

P I P. Silicem. A L B. Ut reris, sic est. Vidi mortuum sedentem super vivum, & in risu mortui mortuus est vivus.

P I P. Hoc coci nostri norunt, A L B. Sed pone digitum super os, ne pueri hoc audiant, quid sit. Fui in venatione cum aliis, in qua si quid cepimus, nihil nobiscum portavimus: quem non potuimus capere, domum portavimus nobiscum.

Pip.

P I P. Rusticorum est hæc venatio. A L B. Est. Vidi quendam natum, antequam esset conceptus.

P I P. Vidisti, & forte manducasti. A L B. Manducavi. Quid est, qui non est, & nomen habet, & responsum dat sonanti?

P I P. Biblos in silva interroga. A L B. Vidi hospitem currentem, cum domo sua, & ille tacebat, & domus sonabat.

P I P. Para mihi rete, & pandam tibi. A L B. Quis est, quem videre non potes, nisi clausis oculis.

P I P. Qui stertit, tibi ostendit illum. A L B. Vidi hominem octo in manu tenentem, & de octonis rapuit septem, & remanserunt sex.

P I P. Pueri in scholis hoc sciunt. A L B. Quis est, cui si caput abstuleris, altior surgit?

P I P. Vide ad lectum tuum, & ibi invenies. A L B. Tres fuere, unus nusquam natus, & semel mortuus, * tertius semel natus, & bis mortuus.

P I P. Primus æquivocus terræ, secundus dō meo, tertius homini pauperi. A L B. Dictamen primas literas.

P I P. I. V. XXX. A L B. Vidi foeminam volantem, rostrum habentem ferreum, & corpus ligneum, & caudam pennatam, mortem portantem.

P I P. Socia est militum. A L B. Quid est miles?

P I P. Murus imperii, timor hostium, gloriosum servitium. A L B. Quid est, quod est, & non est?

P I P. Nihil. A L B. Quomodo potest esse, & non esse?

P I P. Nomine est, & re non est. A L B. Quid est tacitus nuntius?

P I P. Quem manu teneo. A L B. Quid tenes manu?

P I P. Epistolam meam. A L B. Lege seleciter.

NIKA?

ΝΙΚΑΡΙΟΥ ΝΙΚΑΡΙΑ

ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ INTERROGATIONES

καὶ

&

ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ.

RESPONSIONES.

Τί ψυχή;
Τὸ κινέμενον.

Τί ἀψυχόν;
Τὸ μὴ κινέμενον.

Τί κοινόν;

Ζωή.

Τί φθόνος;

* * *

Quid anima?
Quod movetur.

Quid sine anima?

Quod non movetur.

Quid commune?

Vita.

Quid invidia?

* * *

ΚΑΡΦΙΑΙΔΟΣ ΚΑΡΦΙΛΙΔΙΣ

ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ INTERROGATIONES

καὶ

&

ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ.

RESPONSA.

Τί θεός;
Αὐτοφύτης θεός.

Τί κόσμος;

Ἀχώρητον χωρημα.

Τί ὠκεανός;

Φυσικός πεδίοδρομος.

Τί ἡμέρα;

Ἀρχὴ καθημερινή.

Quid Deus?
Naturalis visus.

Quid orbis?

Infatiabilis capacitas.

Quid oceanus?

Naturalis circuitus.

Quid dies?

Initium cotidianum.

Τί

Τί γῆ;

Καρπῶν μήτηρ.

Τί ἀνδρῶν;

Ὀλιγοχρόντου φάντασμα.

Τί φίλος;

Ἀνεγκριτων κήρυμα.

Τί πᾶσι;

Καθημερινή ἐξουσία.

Τί λεγόμενα;

Τύφλωσις.

Τί πρῶτα;

Ἐνδία.

Τί πλάσι;

Σαυίς καταγελασθή.

Τί ναυτής;

Κυριότητων ἐπαύρι.

Τί μονομαχία;

Τύχης αἰτία.

Τί γυνή;

Ὀικῶν ἀγέλας.

Τί φθόνος;

Ἰσχυρή.

Τί γονεῖς;

Ἐπίρμα.

Τί ὄλιμον;

Χάρισις.

Τί ἀκελεύς;

Ἀληθεία.

Quid terra?

Fructuum mater.

Quid homo?

Minimi temporis fati-
tasia.

Quid amicus?

Incomparabilis res.

Quid divitiæ?

Cotidiana potestas.

Quid dicta?

Cæcitas.

Quid auctoritas?

Inopia.

Quid dives?

Tabula detrisoria.

Quid nauta?

Fluctuum comes.

Quid gladiator?

Fati querela.

Quid mulier?

Domesticum nudum.

Quid invidia?

Exuperantia.

Quid parentes?

Semen.

Quid maturum?

Tempestivitas.

Quid certum?

Veritas.

Τί ὄλον;	Quid totum?
Διαβολή.	Crimen.
Τί μωροῦν;	Quid odiosum?
Ψεῦδος.	Mendacium.
Τί ὀτυχία;	Quid felicitas?
Καῖρ.	Tempus.
Τί ἀθῶον;	Quid innocentia?
Καλὸν ἐνθύμημα.	Bona cogitatio.
Τί νόμος;	Quid lex?
Ἀνάγκη.	Necessitas.
Τί ἡπείκεια;	Quid quietum?
Εἰρήνη.	Pax.
Τί Φιλία;	Quid amicitia?
Καλοκαρδία.	Benivolentia?
Τί ἐχθρεια;	Quid inimicitia.
Φθόν.	Invidia.
Τί ἡμέρα ἱερῆ;	Quid dies festus?
Πράγμα.	Causa.
Τί θάνατος;	Quid mors?
Διάλυσις.	Solutio.
Τί ἰατρική;	Quid medicina?
Εὐχρησία.	Commoditas.
Τί πιστόν;	Quid fidele?
Γῆ.	Terra.
Τί ἀπίστον;	Quid infidèle?
Θάλασσα.	Mare.
Τί ἀπληροῦν;	Quid avidum?
Κέρδος.	Lucrum?
Τί κοινόν;	Quid commune?
Φῶς.	Lux.

ΤΙ

Τί ἀκρινώνητον;

Βασιλεία.

Τί κάλλος;

Φυσική ζωγραφία;

Τί φωνή;

Πνεῦμα.

Τί δυνάμις;

Ἐνδοξον ὄνομα.

Τί αἰλιός;

Ἰχθύων σκοπευτής.

Τί ἥλιος;

Οὐράνιον ὀφθαλμός.

Quid sine socio?

Regnum.

Quid pulchritudo?

Naturalis pictura.

Quid vox?

Spiritus.

Quid virtus?

Gloriosum nomen.

Quid piscator?

Piscium speculator.

Quid Sol?

Cœlestis oculus.

Α Π Ο Κ Ρ Ι Σ Ε Ι Σ

Φ Ρ Ο Ν Ι Μ Ω Ν .

R E S P O N S A

S A P I E N T U M .

Πρῶτον ἐπερώτησεν ὡς αὐτῷ δόξει πλείονας εἶναι τὰς ζῶντας ἢ ἀποθνήσκοντας;

Οὗτος εἶπε ζῶντας. ἀνάγκη γάρ εἰσιν τὰς ὄντας πλείονας εἶναι ἢ μὴ ὄντων.

Δεῦτερον ἐπερώτησεν, πότερον μείζων εἴη, γῆ ἢ θάλασσα;

Ὁ δὲ εἶπεν, Γῆ. καὶ γὰρ ἡ θάλασσα ἐπὶ τῆς γῆς ἐστίν.

Primum interrogavit, Utrum ei videretur, plures esse vivos aut mortuos?

Is dixit vivos, necesse enim, qui sunt, plures esse quam qui non sunt.

Secundo interrogavit, Utrum major esset, terra aut mare.

Is dixit, terra: Nam & mare super terram est.

τῷ

Τῷ τρίτῳ ἐπηρώτησεν, πὶ περατωδέστρον δοκεῖ εἶναι τῶν θηρίων;

Ὁ δὲ εἶπεν, Ὁ ὕδεις (Πηισα).

Τῷ τετάρτῳ ἐπηρώτησεν. Διὰ τί μάχεσθαι σωβελόοιεν;

Οὗτ' εἶπεν, Ἴνα καλῶς ζώσσιεν, ἢ ἰαυρῶς δόποθνήσκσιεν.

Τῷ πέμπτῳ ἠρώτησεν, Τίς πρῶτ' ἐγγυηθήη νύξ ἢ ἡμέρα;

Ὁ ἦ εἶπεν, νύκτα μίαν πρότερον ἡμέραν.

Τῷ ἕκτῳ ἠρώτησεν, τί ἂν τις ποιῶν γλυκὺς γίνεταί;

Οὗτ' εἶπεν, ὁ ἔδύναται ἄλλ' ἂνθρωπος ποιεῖν.

Τῷ ἑβδόμῳ ἠρώτησεν, Τί ἂν τις ποιῶν, αἰγαθὸς καὶ καλὸς γίνοιτο;

Οὗτ' εἶπεν, εἰ ὁ δύνατὸς ὢν, ἐδενὶ φοβερὸς εἴη.

Tertio interrogavit, quod monstruosius esse videretur bestiarum?

Is dixit, Quod nemo scit.

Quarto interrogavit, Quare pugnare consiliarentur?

Is dixit, ut bene vivant, aut fortiter moriantur.

Quinto interrogavit, Qui primus natus est, nox aut dies?

Is dixit, noctem unam ante diem.

Sexto interrogavit, Quid aliquis faciendo dulcis fiat?

Is dixit, Quod non potest alius homo facere.

Septimo interrogavit, Quid aliquis faciendo bonus fiat?

Is dixit, Qui quum potens est, nemini metuendus est.

R Octa-

Τῷ ὀγδόῳ ἐπηρώτησεν,
πότερόν ἐστιν ἰσχυρότερον,
θάνατος ἢ ζωή;

Οὗτος εἶπεν, Ζωή.

Ἐνάτῳ ἐπηρώτησεν,
ἕως πότε καλή ἐστι ἡ
ζωή;

Οὗτος εἶπεν. ἕως ἂν
λογίσον ἡγήσιμον εἶναι.

Octavo interroga-
vit, Utrum esset fir-
mius, mors aut vita?

Is dixit, Vita.

Nono interrogavit,
usque quamdiu bona
est vita?

Is dixit, Donec ar-
bitrentur utilius esse.

F I N I S.



J A.

JACOBI J.F.F. GRONOVII

N O T Æ

AD

GRÆCAM

ENCHIRIDII

PARAPHRASIN.



JACOBUS J. F. F. GRONOVIVS

LECTURO S.

Quum intellexissem in nova hujus paraphra-
 seos editione calefieri typos, facile statim
 passus sum me adduci, ut ad ornamentum
 ejus pariter ac solatium Christianæ rei
 hæc, quæ vides, evulgarem; & quibus hæctenus ipse
 solus fruens, frequenter uberrimo Medicæ erga
 Musas Liberalitatis thesauro amantissimas gratias a-
 gebam, nunc confessio ista duplicaretur, tuque par-
 ticeps & consors factus eodem plausu magnifica illa
 scrinia prosequeris. Id quanquam tunc, ut dico,
 statim constituerim, ipsum tempus interea fecit, ut
 promissionem istam meam nunc res multo promptius
 sequatur, postquam paucis diebus, conferentibus
 operas Amstelodamo ac Franekera, vidi eandem
 paraphrasin prodiisse cum quibusdam Arriani scripto-
 rum fructis ex recensione nescio cujus Capniæ. Eam
 recensionem sic ibi institutam animadverti, ut nihil
 occurrat, quod impensam vel emptoris vel typorum
 mereatur; nihil, quo appareat illum recensentem
 vel minimum publico voluisse benefacere, vel operæ
 suæ subsidio, lectionis, quam institues, scopulos amo-
 vere & explanare voluisse; denique nihil tibi nisi re-

R 3

co.

coctam bona fide olidissimam cramben & meram loci sui infamiam. Quum enim hæc ipsa, quæ cum summa voluptate nostra collegimus, recognoveris, quot capita dices ab illo male sedulo parario vel lecta unquam vel intellecta? vel etiam judicio aut Christianæ pietatis aut Græcæ literaturæ dotibus polito recenseta? Sed hanc negligentissimam vanitatem ipsa hæc declarabunt. Arriani Tactica qualem ipsius recensionem senserunt? Videbis non longe ab principio vertisse Schefferum. *Sunt autem omnia illa scripta nunc quidem minus utilia, quippe in eorum facta usum, qui jam tenent artem, atque ideo vocabula quoque armorum quorum libet & acierum velut vulgo nota, commemorare omiserunt, quæ nunc nisi exponantur, penitus sunt incognita.* Non apposui Græca; quoniam non id agitur, an Græcorum peritiam recentior iste habeat: immo an non indicium dederit hominis mente manci & meliore parte imminuti. Eas enim, Lector, & crede talia scripsisse Arrianum. Quare quæso id de suo tempore magis adfirmaret Arrianus, quam omnibus de seculis ante ipsum? Quod si jam Græca inspicere placet, an ullum ibi signum distincti temporis existit? Rursum invenies de enomotia capite 10. (sed sic quoque infamiam ille suam prodere debebat omitendis illis distinctionibus per capita, quæ rite sapienterque apposuerat Schefferus.) *οἱ μὲν γὰρ ἄλλο ὄνομα τῷ λόχῳ εἶναι τῆσσι.* Interpretantur illi, *quidam putant aliud quid significare quam ordinem.* Quid? an mirum est pueros nos notasse non aliud Græca velle & indigetare, nisi quibusdam ἐναρωτίαν vocabulum par vocabulo λόχῳ, & idem illi significare? Nam aliud quid quam λόχον significare etiam volunt illi, qui partem ejus quartam censent, atque ita plane evanidum erit hoc comma, Invenies cap. 9, *μηκύναι*
τῆ

τὸ πρῶτον verti ab istis sive contrahatur frons. Invenies cap. 17 Synaspisimum illic describi ἐπιδὸν εἰς ποδὸν ἢ πυκνώσει τὴν φάλαγγα. Agnoscis Græca. Et hoc ab recententis perfidia, quum Schefferus ediderit ἐπ' αὐν, unde legendum erat, ἐπὶν εἰς πόνδε πυκνώσει τὴν φάλαγγα. Invenies illic insignem causam, cur Ἰησαΐται post λοχαγὸν debeant esse δάπτεροι καὶ ὄρετῶν, sic ab Arriano reddi. ἦδη δὲ πρὸς καὶ μαχαίρα τὰ ἐναντίον ἐφικέσθαι ἐδωθήη, ὑπερενεγκὼν ὑπὲρ τὸν ἐμπροσθεν περὶ γυμνὸν τὴν πληγίω. Non quod hæc sit unica ratio, sed secunda ex tribus, cui tertia deinde statim subnectitur, καὶ πόντε ἠγεμόντε ἢ ἢ τρωθέντε ὡς ἀπὸ μαχόν ἡμέτερον, ἀπὸ πηδύσεως ὁ πρῶτος Ἰησαΐτης εἰς λοχαγὸν τάξιν τε καὶ ἀξίωσιν κατέστη. Sed has duas egregias & multum sane diversas rationes illic stolidissime confundi & sic verti videbis. *Quod si accidat quem gladio ab adversario feriri, potest illato ei, qui stat ante ipsum, vulnere & vel cadente profecto suo vel vulnerato & inutili facto ad pugnam procurrare Epistata primus.* Quum procul ab mente Arriani! quam profus hanc esse Græca dicitant. Jam quoque aliquis (eorum epistatarum) gladio ferire hostem invadentem potest, super & trans eum, qui antestat, plagam perferens. Rursum quoque cadente duce aut etiam sic vulnerato, ut pugna amplius interesse nequeat, prosiliens primus epistata in ducis loco ac dignitate se collocare potest. Sed hos fæditissimos portentis istius ex Frisia nævos, & stigmata hodiernorum typorum, nihil fere nisi revomentium ea, quæ sæpius cantitata sunt, illic quodcunque cuiusvis folii latus demonstrat adeo multipliciter, ut pigeat pudeatque. Id ut in hac paraphrasi caverem, & appareret novæ editionis pretium, hæc & quæ sequuntur, scripta crede, Lector, & Vale.

Quod ad titulum attinet, Casaubonus contra Bar-

thium occæcatus pugnat & plane in tenebris, quippe non videns, quod prorsus illi videndum erat. Nam quæ scribendi ratio est ὑποθήκαι εἰς ὑποθέσιν? Utrum gentiles prisca sic loquebantur, an Christiani? Quidni ὑποθέσιν εἰς ὑποθήκην? Equidem mihi semper visæ sunt aliunde accessisse voces illæ ἑπι-κρίτα τέχνη ἀνθρώπων διορθωτική, quale genus titulum non est antiqui decoris; nunc vero auctoritatem meam fulcit egregia membrana Medicæ, quæ hinc demum incipit & correctissime exhibet ὑποθήκαι εἰς εἰς ὑποθέσιν ἐαυτῶν &c. Negari utique nequit hæc omnia esse convenientissima. Quoties enim in his non occurrit μέμνησο? & secum loquens format sibi scrupulos ex vita tunc quotidiana venientes, & sibi consilium præbet. Itaque ego censeam ut posthac quidem inscribatur hic libellus non Παιδείας ἐγχειρίδιον, quod plane alienum hinc vocabulum est, sed ἐγχειρίδιον χριστιανῶν. Prorsus enim est ipsa enchiridion, sed ad Christianam modo disciplinam formatum. Et quid illud significet, jam clare explanat hæc largior interpretatio, quam restituumus.

CAP. I.

Μέμνησο θεῶν καὶ ἀνθρώπων] Miror gloriari auctorem bonum virum, ab se correctæ quæ satis obvia cuivis & manifesta. Quæ Christiana auris non offendit ad hæc gentilia? Emenda ocius θεῶν, ut verè in Ms. Sed & habebat idem μέμνησο καὶ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, nec causa est cur in tam tenui abiisse credatur ab Epicteto. Mox etiam εἰδὲς σε ἀναγκαῖον.

CAP. II.

Ἐαυτῶ ἑπιμελεῖσθαι] Imo ἐαυτῶ, ut cap. 17. Πατέρα ἑπιμελεῖσθαι, ubi prave vulgo Πατέρα.

CAP. III.

Φαροῦσιαν δεικνύει] Ms. ἑπιδεικνύει, & mox ἐπι-

Ἐάν τις αὐτῶν δοκιμάσῃ, plenius & planius, haud dubie & ne sit necesse cum Merico vertere *tem ad has requi- las exige.*

Μὴ περιπεσῖν ἐκείνῳ ὃ ἐκκλίνεις] Verius & ad ca- stodiam Græcisimi suavius Ms. ὃ ἐκκλίν. Sic enim so- lent. Etiam noster c. 36. περιπίπτῃς οἷς ἐκκλίνεις. Μοχ idem κ' ὃ μὴ ὀρέξῃς ἁποτύγῃ.

CAP. IV.

Ἐάν τις μόνῳ] Retinet Ms. ex Epiceteto εἰάν μὴ ἔν μόνῳ. nec fuit causa mutandi. Saltem debuerunt εἰάν δὲ μόνῳ. Sed & mox περιπίπτῃς. Iterum καὶ τῶ ὀρέξῃς δὲ ac denique τῶν τε ἐφ' ἡμῖν.

CAP. V.

Ὅτι φύσιν ἔχουσι] Imo ἔχουσιν, ut recte Ms. Id vere Græcum est, non alterum: & passim sic obscure- rit.

CAP. VI.

Παρησίας πλέον σὺ μετέχοντες] Ms. πλείονός σὺ.

CAP. VII.

Καὶ πῶς μάρτυσι] Tanquam soli sic καὶ ἐξοχῶς dicti Christianos exemplis suis animassent. Præ- clare Ms. καὶ πῶς σοφιστοῖς καὶ πῶς μάρτυσι δεῖνδον εἶφαιν. Sed & mox plenissime ὅταν ἔν ἐμποδιζόμε- θα ἢ παρεστώμεθα ἢ λυπώμεθα. Etiam statim αἰπώ- σόμεθα ἀλλ' ἢ ταυτῆς.

CAP. IX.

Σὺ δὲ ὅταν λέγῃ] Immo λέγῃς ex Ms.

Ἐπὶ σῶν ἀγαθῶν σήμερον] Et cur ita? Certe ex præcedentibus potuit apparere satis legendum esse ὅτι σῶ ἀγαθῶ σήμερον.

CAP. X.

Υμῶν ὁ σὺ σὺ] Quam vana est hâriolatio Ca- saroni pro voce corruptâ ponentis Ψεκάδας? Quid igitur? an & Cicero ab Romanis illis scribit

stillas guttasve madoris cujuscunque lectas? Nam quomodo ea vox interpretatur *umbiliculos*? Tædet talia vulgari ab eruditis. Sed & putet omnis ille locus. Quis enim dixit aut supponit, eos qui aquatum exire jubentur, cochleas in transitu legere? Dicit *nihil vetat*? imo vetat publica sitis, vetat tempestas, vetat edictum imperantis. Ne dicam stulte subdutum navigium dici καθορμιθέν. Quin omnia sic restituenda: τῶ πλοῖε καθορμιθέντῳ ἐξέλθοις ὑδρῶσκαοθω, ὁ δὲ μὴ πάρεργον ἐπὶ κοχλίδας ἀναλέξασθω, ἢ ψηφίδας σπυῖσαι hoc est, *navigio in ancoris quiescente fit ut ex eas aquatum, interdum quoque obiter concchas aut lapillulos corradas*. Sunt enim duo diversa & diversis temporibus agi solita, prout vel res jubet, vel occasio invitat. ψηφίδες passim ita appellantur. Lucianus in Timone. ἔδεν πμωῖτερον τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων. In dialogis marinis Arethuse ἕδωρ ὀπιπέπη τοῖς ψηφίση. In Reviviscentibus dicit Parrhesiades, ἄργυρον ἔδεν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων ἀμφέρον. In Parasito dicit parasitus ita se censere de auro, ὡς σὶκ ἂν πρὸς τὰς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδας ἀμελῶς ἔχει. Suidas in βροντῇ. Et omnis hæc restitutio beneficium est membranæ Ms. quæ etiam deinde clarior, μή πὸ κυβερνήτης σε καλέσει· κἂν καλέσει, πᾶντῃ &c. Et tempus & repetitio haud dubie sunt genuina. Alterum sic habes cap. 45. εἰ δέ ποτε καιρὸς καλέσει. De altero ne quid celem in ipso Epicteti enchiridio Ms. sic scriptum inveni cap. 12. μή ποί σε ὁ κυβερνήτης καλέσει. κἂν καλέσει, πᾶντῃ ἐκῆνα ἀφιέται.

Εἰ ἀγ δέδονται] Nihil est, & ex Ms. repone δίδωνται.

Ἀνάγκη τῷ πρὸ κρίσεται] Suavius in Ms. ἄκων ἀνάγκη τ. π.

CAP.

CAP. XII.

Εὐρήσας γὰρ ἄλλυ πρὸς ἐμπόδιον] Sine causa non veteres, sed nuperi Christiani cedere loco suo iusserunt voculam αὐτὸ prorsus ante tertiam vocem nunc quoque inferendam, ut in ipso Epicteto. Quod addit Mericus, *qui non corpus, sed animus es*, utrum non magis redoleat arrogantem ex ethnicis philosophum, an pie Christianum; utrum eo respectu & contemplatione Christiani præposuerint curam animi, ac non potius alio, iudicent alii. Ego certe hanc mantissam temere his adfutam plane non desidero. Immo nec hilum huc facit, nec prodest argumento, quod hæc perioche inculcat.

CAP. XIII.

Ζήτη τὴν δὴ δύναμιν] Ms. τίνα δύναμιν.

Νικητὰς τῶν ἐπὶ τῷ ἐχθρῷ προσβαλλομένων] Quis credat Casaubonianum nomen esse, à quo locus hic adspici potuit quasi rite recteque Græcissans, quum sit absurdissimus? lege ex Ms. optimo νικητὰς. Sed & ibidem προσβαλλομένων. Quod hic rejectum infra invito Ms. libro intruserunt, ubi plane locum non tuetur.

Ἐάν γυναικὸς πρόσωπον περιείσῃ σε] Ms. clare habet περιείσῃ. An non manifestum indicium nunc quoque scribi debere περιείσῃ σε, ut mox περιείσῃ ητι?

CAP. XIV.

Διὰ πρὸς σε ὁ δὲς ἀπήτ.] Ms. δίδω σε, etsi vulgato suus sit honor. Sed deinde quoque Ms. ὃ δέδωκε, non ὃ δέδωκε.

Εἰ γὰρ ἀληθῶς εἰρήνη] Plane id ferri nunc nequit, etsi ad eundem modum versio; quæ tamen bene habet ideo, quia sequens φέρε alio modo extulit. Huic Græca quoque consentire debent. Id ut fiat, cor-

corrigere ex Ms. *δείξεις*. Non enim jam de Jobo amplius, sed secum ipse agit.

Φέρε τῷ θεῷ καὶ πάλιν τὸ βύχημα] Ms. Φέρε τῷ θεῷ πάλιν καὶ. Et mox ἔτι γὰρ νόμος δέλω. Itemque ὡς ἀποτεμῶν, ὡς τῷ sine copula.

CAP. XVI.

Καὶ οἷός ἐστι μακροθυμεῖν] Vertit sane Mericus & patientiam quanta opus est superare tibi confilia. Concedo Latinitatem. Quid de tota hac periorche agetur? an patientia & ἀπάθεια sunt eadem? Deinde quare ei cui superat jam patientia, dat consiliū ad se muniendum? Id plane tali jam præparato & confidenti supervacuum, ut prorsus etiā ipsum verbum μακροθυμεῖν, quod in optima membrana non existat. Verte. Sed comparare tamen (scilicet, servum & opes) stat tibi sententia, & poteris. Ergo quia sic utique vis, hoc faciens præmuni te, incipe ab minusculis.

Ἀλλὰ μὴ μὴ ἔτι αὐτὸ καλῶς] Nihil intellectum Casaubono. Vertit, neque vero ei tam bene sit. Quid audio? an sit notat ἔτι? Ego didicerim ἔτι, & palam illud erroneum. Distinguendus aliter hic locus. ἀλλὰ μὴ μὴ ἔτι αὐτὸ καλῶς, ἵνα ἴσῃ ἐκεῖνο ἢ τὸ σε παρατίθεσθαι; Quid igitur? an ita bene cum te agatur, ita potens ac validus ille erit, ut in ejus potestate sit futurum, te commoveri?

Εἰ δὲ τῶν ἀπὸ μακροθυμίας] Fatetur Casaubonus ita se fecisse, intelligens τὰ ἴδια ἀμαρτήματα, quum apographum haberet τῶν. Hæc ut ingenua, sic prorsus ἀνεπίτητα. Ubi enim illa invenias in hac periorche, ut ad illa formes constructionem relativi? Nos etiam ita in Ms. invenimus, nisi quod illic erat αὐτὸ δὲ καὶ τῶν & statim vidimus legi debere αὐτὸ δὲ καὶ τῶν, scilicet τῷ κατὰ τὸν, τῷ σταυτῷ δοκῶν.

Sta-

Statim habet Ms. ἔτω πρὸς τὴν ἑπιτροπὴν τῶν παιδῶν ἔρχε.

CAP. XVIII.

Τὰ μὴ ἐπὶ σοὶ * θέλεις εἶναι] Ms. clare τὰ μὴ ἐπὶ σοὶ, ἐπὶ σοὶ θέλεις εἶναι, nec dubitandum de hoc, quin verum sit. Et mox, ἡλίθιον π ἐνθυμῆ.

CAP. XXI.

Ὡς ἐν συμποσίῳ ἔτω δῆ] Ms. ὡς ἐν συμποσίῳ σε δεῖ.

Συγκληρονόμῳ ἀναδειχθῆσθαι] Ms. συγκληρονόμῳ Χρυσῷ ἀναδειχθῆσθαι, quod omnino admittendum.

CAP. XXII.

Ἐπὶ πένθῃ ἡ δόσθημένῳ τέκνῳ ἡ δόστωλεκότῃ χρηματῷ] Insignis captatio variatæ constructionis: modo tamen conitet ita scripsisse. Nam Ms. simpliciter, ἐπὶ πένθῃ δόσθημένῳ τέκνῳ ἡ δόστωλεκότῃ χρηματῷ. Quam scripturam plus vice simplici interpretari queas.

Καὶ ἀφ' τῆς ἕως θλίβεται] Ms. κ, * ἀφ' τῆς ἕτῃ θλίβ. Egregie quidem.

CAP. XXIII.

Ἐὶς τὸ σε ἔσησεν] Ms. ἐκτισεν.

CAP. XXIV.

Ἐυδοκῆσθαι ὑπὸ αὐτῷ] Ms. ὠφελῆσθαι ἐξ αὐτῷ.

CAP. XXVI.

Ἡ μέγα δυνάμην] Vox media abest ab Ms. Et mox μακαρίσας & παλαίσας.

Μόνον θεῷ ἀνακείσθαι] Ms. μόνῳ, ut cap. 30. Ἐ τῷ θεῷ μόνῳ ἀνακείσθαι. cap. 62. ἀσκή δὲ σεαυτῷ μόνῳ, καὶ μὴ τοῖς ἕξω. Unde & cap. 58. σεαυτῷ δὲ μόνῳ προσέχε, non obedio exemplari Ms. in quo ibi est μόνον.

CAP. XXVII.

Καὶ ἡ π συναρπασθῆναι] Umbras persequitur bonus

mus Mericus, suspicans, accusans monachos, mutans; plane ipse vel febricitans, vel in somnia delapsus. Lege ex Ms. καὶ περιῶ μὴ συναρπαθῆναι. Reliqua ut in ipso Epicteto. Sed & paulo ante ὅτι σὴ ὑπόληψις.

CAP. XXIX.

Παρεσιδάξω αὐτόθεν] Sic habet Ms. ut est etiam in Epicteto. Et cur ab aliis Christianis antiquis omis- sum censebimus?

CAP. XXXI.

Ἡ πρὸς ἄλλον ὅτι χηροτονίαν ἐλάθην] Quam prave intellecta sint hæc verba, satis patet ex ineptissima versione. Ergone electiones aut consecrationes sacerdotum in aliena domo celebratas ita ille novit? Præclare Ms. ἡ πρὸ ἄλλων ὅτι &c. Id prorsus desideratur.

Ὅν ἐν μόνοις δεῖ με εἶναι] Prima vocula prorsus est supervacua, nec habet Ms.

εἰ δὲ ὑποβάλλει] Sic Ms. & plana sunt omnia.

Ἄ μὴ ἔχει αὐτός] Ms. αἶν μὴ ἔχει αὐτός.

Τηρῶν ἐμαυτὸν] Vox prior non est in Ms.

Ἄλλ' ἐνοχλεῖσιν οἱ λογι(μοὶ)] Ms. ἄλλ' ἐνοχλεῖσὶ σοὶ οἱ λογι(μοὶ). Et sequentia. λέγοντες, τῶν εἰ μὴ σέξω- μόν.

Λέληθε δὲ τὰς πλάγας] Ms. πῶς πλάγας.

Οὐδὲ γὰρ εἰς τῶν ἑταζας ἑαυτὸν] Ms. εἰδὲ γ' ἀφέ- ταζας σεαυτὸν εἰς τῶν, εἰδὲ τῶν ἐπιγείλω. Nec quicquam in sequentibus aut deest aut mutari debet.

Μὴ τέτων ὄντων] Imo ὄντες ex Ms.

Τέτων εἰδέν σοι προσήκει ζητεῖν] Ms. τέτων εἰδένος σε προσήκει ὀπιζητεῖν. & mox δι' ὧν ἐπιγείλω πλη- ραίσεις. Postea Ms. τέως μὲν ἐν ἑταζας ὁ λογισμὸς.

εἰ δὲ ὅτι ἐδιώσθη ποιῆσθαι] Locus male intellectus &

& infelicissime versus, quem egregie ex Ms. restituo minima ope εἰ δ' ὀπᾶν διώασθαι π. Paulo ante Ms. idem, λείψα αὐτῆ καὶ χαλκίδις.

Ἀρμώπειν λέγοντες] Ms. ἀρμώπει σοι λέγοντες. & μοχ, εἴκεν ἀχαλασθέντά σε ἐν τῇ τάξει. itemque ἡξιόδηλον, quod unde in interpretatione posuit Casaubonus? Deinde ἐν τῇ πόλει ταύτη ἰώ.

CAP. XXXII.

Incipit ita: εἰ ἀσελήμηθι ὅπ' ἔτυχεν] Ms. ὅπ' ἔτδχεν, & μοχ τὸ πυχᾶν. Temere hic autem interponuntur asterisci, quum sententia plena sic sit efferenda. Si vero mala (scil. sint illa, nempe cænas captare divitum, salutari, adhiberi, hoc est, si non nisi per indignas & malas artes acquiruntur) scias fieri non posse, ut non eadem faciens ad acquirendas res quæ sunt extra potestatem nostram, tamen paria iis qui talia faciunt, nancisci queas.

Ὁ μὴ ἀρπύμων] Qui non adscitatur. Credo videlicet intar præsidarii militis aut classis, ne quid mali patiatur. Hi enim Græcis dicuntur ἀρπύμων. Immo ἀρπύμων ex Ms. hoc est, deducens velut anteambulo. Id erat conspicuum in urbe & adulationibus.

Ὡς γὰρ ἐκεῖν ἔχῃ θείδακας] Enimvero hic locus erat signandus asterisco. Quæ sodes hæc comparatio est? ut lactucas habet ille, sic tu obolum, quem non dedisti. Quis est ille qui habet lactucas, & quicum comparatur ille, qui obolum non dedit? Haud dubie quia nemo alius præcedit, ille qui lactucas emit. Jam certe nulla est in eis comparationis grætia: immo nec est dicenda comparatio. Sic magno ulcere obscuratur suavitas scriptoris, quam sic ope Msti repono, deletis primo vocabulis ἔχῃ τῶς, quæ nullæ ibi leguntur. Dein mutata distinctione scribo.

βο. Μὴ οἷς ἐλαττον ἔχον ἐκείν. ὡς γὰρ ἐκεῖν⊕ θεί-
δωκας, ἔτω κ' σὺ τὸν ὀβολὸν εἰ δέδωκας. Hoc est, Ne
censeas minus te habere quam illum (non qui compara-
rit lactucas, sed qui vendit, cui obolum vel adula-
tionum indecoras blanditias porrigere debes.) sicut
ἐπιπρὶς ille lactucas, ita tu quoque obolum non dedisti.
Deinde rursus Ms. ἔσθ' κωλεῖ τὸ δεῖπνον. ἐπιπρὶς κω-
λεῖ &c.

εἰ ἐκείνους ἑπιπρὶς * βύβλι] Nonne rem magnam
præstitit Mericæ, dum sive volente sive invita Mi-
nerva voluit utique & interpretari locum & ex inge-
nio supplere? Videamus. Putat rem planam esse,
si modo legatur μὴ βύβλι, & huc quoque vergit in-
terpretatio. Sed quam ingrate & incondite illa? si
conviviis cupidus & tamen istius particeps fieri. An non
enim prorsus eadem? & quo ista tam parvo spatio
repetitio? Longe illi iste corrigendi spiritus, & ali-
ter prorsus, etiam ultra quam credas eleganter, ab
auctore scriptum docet Ms. unde ita supplendus hic
locus. εἰ ἐκείνους ἑπιπρὶς βύβλι τῶν τε περιέδωκε, δὲς καὶ
λήψ'· εἰ δὲ τῶν τε θείδης μὴ περιέδωκε, καὶ εἰ δέπνυ τυ-
χεῖν, ἀπληγ⊕ εἰ. Pereximie profecto. Tu vertes.
Mox plane Ms. τί ἔξεις ἀντὶ εἰ δέπνυ.

Ἐν αὐτὸς ἡδηται] Ms. ἡδε. Mox pro illis καὶ κωλεῖ
etiam καὶ καλὰ.

Τὸ ἀνθυμακῶσαι] Nimis abiit ab se Casaubonus,
dum conjectura nimis quam remota hanc ignoratam
vocem sanare conatur. Unica modo litera mutata ex
Ms. scribendum ἀνθυπακῶσαι. Etiam deinde rectius
ἀνεγείρον & in fine ἐκκρόνον⊕.

CAP. XXXIII.

Εἰ ἀν παιδίον ἄλλυ ἢ ἀδελφὸς ἢ ἄλλ⊕ πλάτ.] Mi-
rificæ sunt illa ἄλλυ ἄλλ⊕ & ingeniosum acceperunt
interpretem. Sed recte Ms. παιδίον ἄλλυ ἢ ἀδελφὸς ἢ
φίλυ.

Φίλων, Sic habuimus cap. 5. εἰν ἀδελφὸν ἢ Φίλον. Etiam supra Ms. ὅτι ἔργον, omisso verbo εἶν. Postea lege ex eodem καὶ ὅτι πῶς ἀπαιδύοις. Id Græcum est, non vulgatum.

Κατηγορῶν] Id vero dubito, an Christiana constantia non permittat. Sed videtur interpres aliter legisse, ut legi debet, κατηγορῶν, & habet Ms. Sed & ante legebat idem μῆτε παρεξήλοιδορῶν πῆ κατηγορῶν. Et similiter cap. 44 idem præfert εἰδόμενον ἐκεῖνον ἔργον ποιεῖν κακῶς λέγει, non κακῶς με λέγει. Statim quoque ἔτιως σε ἀχρεῖ, & in fine, ὅταν θελή ψόδεσθαι.

CAP. XXXIV.

Πρὸς ἀγαθὸν] Ms. πρὸς ἀγαθὸν πατέρα. Nihil autem mox deest.

Αὐτὸ ἢ τὸ εἶπε χρεωστῆς] Ms. αὐτὸ ἢ τοῦ εἶπε. Videtur fuisse αὐτὸ ἢ τὸδε χρεωστῆς.

CAP. XXXV.

Τὴν τῶν τάξιν] Ms. τὴν ποιησάν τῶν τάξιν.

Ἐκεῖνον * ποιῆσαι] Lege ex Ms. ἐκεῖνον ποιῆσαι, quid ille sit facturus.

Ἐπὶ πλείους βλάπτεται] Verbum posterius non est in Ms. & deinde ex eadem lege τῶν ἑπιπλάσσων χρεῖσιν. Non aliter loquuntur Græci.

CAP. XXXVI.

Ἀκολυθεῖν ἐκόντες εἰς οἷαν σε βέλεται τάξιν εἶναι] Non est prætereundum particulam illam σε non legi in Ms. unde mihi certum est, illos qui infarferunt Græcarum deliciarum ignaros sic putavisse hæc construenda, ἐκόντες ἀκολυθεῖν εἰς οἷαν τάξιν βέλεται σε εἶναι, quod perquam foret plebeium, quum sana ratio Græca longe aliam syntaxin postulet, nempe ἀκολυθεῖν ἐκόντες εἶναι εἰς οἷαν βέλεται τάξιν. Plane ac si verbum εἶναι nullum esset. Sic Lucianus tom. 1 pag. 457. ἐδόκην ἐκόντες εἶναι ἑπιπλάσσων αὐτῶν. & pag.

652. μηδὲ πὺν ἕτερον πόδα ἐκὼν εἶναι ἀπολειπόμενος.

Ἄρης ἦ σὺκ ἐφ' ἡμῖν] Mf. ἄρης ἀπὸ τῶν.

Προσέχοντα τῷ πρῶτον ὡς ἡδεῖ] Insanum hic fudavit interpres ut justam sententiam absolveret. Dicit eis ut maxime jucundis. An id quoque dicit Græcus auctor? Similiter illa τῷ πρῶτον vertit, quæ præsentia sunt & momentanea. At sic Græci usurpant πρῶτον atque adeo ipse S, Paulus 2 Cor. 4, 17. Membrana haud dubie innuit aliud quid latere, præferens πρῶτον. Neque falli me reor, si statuero inde scribendum, τῷ πρῶτον. Sententia plana & elegantissima restitutio est. Falli dicit eum, qui res splendidas & fulgentes & nitore suo adblandientes (ut sunt magistratus & πρῶτον) ambiat, easque captet, ut in quibus dulcedo vitæ resideat. Sed & egregie reponit Mf. πρῶτον, velut in tenebris currentem & dirigentem se ad ea, quæ maxime extrinsecus splendentia incurrunt in oculos. Sic habemus cap. 47. λαμπρὸς ἔκτισμα.

CAP. XXXVII.

Ἐκάσῳ πρῶτον] Nullam singularem vim habet hoc loco vox prior. Nam non hæc magis, quam priora ἐκάσῳ πρῶτον. Sed in illis omisit, quia nemo nescit eum prorsus agere cum genere humano. Inde recte Mf. eam ignorat.

CAP. XXXVIII.

Μᾶλλον ἢ τὸ θέλημα αὐτῆς αἰτώμεθα πάντοτε] Præ intempestiva pietate insanivit ille, cujuscunque hæc sunt verba. Haud dubie is hæc interposuit respiciens ad formulam nobis ab Servatore nostro traditam. Sed ex eadem patet hoc illicitum esse, neque quum ipse Christus nobis dictaverit preces de sanctificatione nominis Dei, de regni ejus adventu, ille potestatem habuit inde alicujus unius excerpti, & præ aliis incul-

inculcandi esse potius precandum, ut voluntas ejus fiat. Præterea quis ille Græcismus est, *αἰτεῖν τὸ θήλημα*, pro *αἰτεῖν ὅτι γρήθηται τὸ θήλημα*? Plane indignum elegantia hujus libelli. Itaque prorsus insititium est hoc comma, & sine mora corrigendum judico ex sanctitate veteris membranæ, ἢ τῶν ἄλλων τῶν ἐκπὸς αἰτώμεθα, εἰδότες ὅτι καὶ παραγνώσκῃ. &c. Hujus vero lectionis æquissimus est sensus, ut non singulatum opes aut aliud quidquam rerum quæ extra nos sunt, nec ad nos pertinent, sed nos incaute & imprudenter ad nos pertinere putamus, ut sunt omnia corpori inservientia, rogemus; sed ut petamus ea nobis indulgeri, quæ Deus ipse sciat necessaria nobis esse, & quibus nos indigere omniscius ejus oculus conscius est; cui negotio decernendo tenuitas nostra non est. Hæc vero qui leget, quique ut omnes has *ὑπομνήσας*, ita hanc quoque ab viris non modo Christianis, sed haud dubie illo tempore Christianæ Ecclesiæ Doctõribus & luminibus concinnatam esse persuadebitur, ut sum profecto persuasus, quis credet tunc vel Ecclesiam illam, vel Ecclesiæ illius Pastores vel ipsos precatos esse vel credentes jussisse precari panem quotidianum, ut nunc precantur omnes, illum *ἄρτον θηρίσιον* mirificis tormentis & injustis ambagibus illuc deflectentes? Hoc certe paragrapho Christiani vetantur precari *ὡς τῶν ἐκπὸς*, in quibus est haud dubie pulcher ille panis quotidianus. Nec temere sic scribitur hoc loco in his memorialibus, sed plane sic rursus definitur modus Christianarum precum in capite LXX. ὃ γὰρ τῷ Θεῷ φίλον, τὸ ἡμῖν γρηόθη αἰτώμεθα. Non vult quia nobis aliquid carum est & allubescit, quia nos nobis placemus habentes panem quotidianum, ideo id licere precari aut tunc Christianos precatos esse innuit, sed quod ipsi

Deo probatur. Negat à nobis definiendas esse res, in quas formulam precationis concipere ipsi debeamus, sed plane jubeamus eas pendere ab bonitate & sapientia divina. Idem respexit quoque ipse Servator noster, quum ἄρτον ἑπίστατον dari nobis τήμερον jubet precari, ut multis probare possemus, quod non est hujus loci. Etiam mox legit Ms. κήδετω πάντων.

CAP. XXXIX.

Εἰ ἢ ἄλλοι ἢ ποιῶτων ἄρξοντω] Ms. ποιῶτων λόγων ἄρξοντω & dein, οἷον εἶ.

CAP. XLI.

Ἀπόκρυε] Ms. Ὑποκρύε.

CAP. XLII.

Ὅπως εἰράξαφε] Ms. ὄρω.

CAP. XLIII.

Ἀσκητέον] Æque perverse ac in Ms. ἀσκλητέον, pro ἀσκητέον.

CAP. XLV.

Μηδὲ ἂ ἰδῆς] Ms. εἶδες, & μάλικα ἢ ὄσα.

Πολλάκις εἴωῆς] Ms. εἴπισ.

CAP. XLVI.

Εἰς οἰκίας πνων μὴ ἤκε μηδὲ ραδίως πάειθι] Tantum discrimen est inter ἤκε & πάειθι, quantum inter *veni* & *accede*, quæ ineptissime sibi substituere potuit interpres. Lege ex Ms. μὴ εἰκῆ μηδὲ ραδίως. Nam quod idem hic interpretationem gravat exponendo quasi voculam πνων, ejus gratiam illi facimus. Hæc sæpe ab Græcis junguntur. Deinde etiam, παρων & φύλαττε.

CAP. XLVII.

Ὅτι εἰ μνησθήσῃ] Ms. καὶ ὅτι. Etiam statim ὁπωσὶ καὶ σε οἱ π. item ἂ αἰπίς. Deinde ἐγὼ μὲν μεμολέτηκα, ἂ ἡμῶν αἰπίον ὑποσῆναι.

CAP.

CAP. XLVIII.

Ἀπίσω τὸ σεαυτῆ] Præclare Ms. ἀπίσω τὸ νῶ σεαυτῆ. Deinde Ἐπισφαλές δὲ καὶ τὸ εἰς ὀφθαλμοσκοπίαν.

Δωρολογεῖν] Eximie Ms. γελοιολογεῖν, & statim pro ἀκαιρολογία in eo legitur λακαιρολογία, unde λακαιρολογία faciendum diximus & probavimus opinor in exercitationibus nostris de Juda proditore. Habet deinde Ms. ὅταν ἔν αἰσθη.

CAP. XLIX.

Συγκαταθήσῃ τῇ δοκίμῃ] Ms. συγκαταθήσῃ. & deinde λοιδορήσῃ. Non expressit perspicue interpres.

CAP. L.

Τὲς Ἐπαλήξαντες] Et cur non Ἐπαλήξαντες? ita sane Ms.

CAP. LI.

Ὅταν σιωθεῖς πνί] Et cur non σιωθεῖς, ut toties in prioribus, & sic plane Ms. qui etiam cap. 52. ἀρχημονήσῃς. at statim ἀφραδάδι, & mox: ἀνεπαχθῆς αὐτῷ φωνήσῃ καὶ μάλλον.

CAP. LIV.

Οὐ * ἢ ὀρέξων] Ms. supplet, ἔτω καὶ ἔπι πεισῶν ἢ ὀρέξων. Igitur & paulò ante auscultes eidem legenti καθάπερ ἔστι ἢ ὑποδήμασιν, omiffa adversativa, quæ locum hîc nullum habet.

CAP. LVI.

Ἐνθυμῷ οἰόμεσθαι] Ms. interferit ἔτι, & rectè. Mox etiam ἢ ἢ μὴ ἐφ' ἡμῖν.

Ὡσπερ ἔν εἰ μακρόν σε ἔλεγε κενδόν ὄντα] Imo contra Ms. εἰ μικρόν σε ἔλεγεν. Et nescio cur nihil huc attulerit Mericus, quum aliter edens, aliter concinnandam putaverit interpretationem, quæ sane talis est, ut Hylæ saltantis μέγαν ἀγαμέμνονα, & ideo sublimem ingentemque mentientis reprehensionem mereatur.

utpote qui μικρῶ, quem pusillum interpretatur, opponat procerum, quum κενδός non tam videatur procerum interpretari, quam crassum & corpus densi filii, tumidum & non gracilem.

Α'όρησιⓄ] Ms. ἄορησιⓄ. Deinde Ms. παρ' ἑήκισα ἐχρῆν.

Ἡ' ὅτι τάτω σὺκ ἐχρῆν] Ms. τῆτον. Mox ἐξίν ἐν σταυτῶ πειήσις.

C A P. L V I I.

Ε'γώ σε λογιώπερⓄ] In Ms. nulla nota defectus post hæc: nec deest quicquam. Sed deinde sic suppleendum ex ea. ἡ ἐμὴ κτῆσις τ' σῆς κρεῖττον, καὶ ἡ ἐμὴ λέξις τ' σῆς κρεῖττον. σοὶ ᾗ ἔδὲ κτῆσις ἔδὲ λέξις. Κρεῖττον clare habet Ms. nec puto mutandum, quum sic persæpe mutant Græci genus elegantix ergo. κρεῖττον scilicet πιάγμα vel χρῆμα. Patet satis, quam perverse administraverit omnia Casaubonus.

C A P. L V I I I.

Καὶ μὴ ἂ σοχάζη] Post hæc verba non sequitur distinctio talis in Ms. quasi novum caput succederet, sed connexa serie satis liberaliter omnia sic integre exhibentur. καὶ μὴ ἂ σοχάζη. οἷον ἐπέν ης πολὺν οἶνον μὴ εἴπης ὅτι κακῶς. ἀλλ' ὅτι ἐπεν. ἐλάσαστέ τις; μὴ εἴπης, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ἐλάσατο. ἔφαγε &c. Vides magnam tibi lucem nunc splendere, qua penitus caruit Casaubonus. Quando suadebunt Christiana dogmata, ut cui liceat alium sic accusare, quasi biberit multum?

Ε'φαγέ τις πρῶτ' ἔπερⓄ] Vox posterior non est in Ms. In sequentibus deleto asterisco scribendum ἐκείνον δὲ κακῶς αὐτὸ πεποιηκέναι. illum autem ideo male fecisse, quia morbus cogebat; per quem illud, quod videtur malum, & ille matutinus cibus in homine vegeto arguendus, excusatur.

C A P.

CAP. LX.

Τῷτο γὰρ ἀπίς.] Ms. τῷτο καὶ ὁ λόγος λθ. In sequenti capite profus Ms. ἡ ὄντως κατὰληψις. tum quoque *δυαχερής, ποῖς πολλαῖς ἢ καὶ ἄγνωσθ.*

CAP. LXIII.

Μὴ κατὰξηρον ἑπιδείκνυέ σε τὸ σῶμα] Quam ridicule auferri se passus Calaubonus, dum parem his interpretationem dedit, plane aridiorem isto ore arido? At quid opus erat habere os aridum, quum posset ὑδροπλήειν ut præcedenti capite. Corrupta omnia. Et agnosce egregiam membranæ Medicææ orpem, quæ legit ἑπιδείκνυε τὸ σῶμα, & in fine ξηρὸς ἦς.

CAP. LXIV.

Θεοφίλῃ ἀνδρὸς] Ms. θεοφιλῆς ἢ ἀνδρὸς. Alius θεοφιλθ, alius θεοφιλῆς. & mox iterum αἰφ' ἑαυτῷ περιδοκᾶν, non ἐξ.

CAP. LXV.

Ὡς ὄντθ λ] Ms. ὡς ὄντθ λνθ. Et hæc est loquutio sacrarum literarum.

Κᾶν ἡς αὐτὸν ἐπαπέση] Ms. ἐπαπέση. Et deinde εἰς ψευδολογίαν ἐμβαίθονθς.

Περίερχετα] Ms. παρέρχετα. Et mox ἀνεμύθη. Deinde ἐνὶ τε λόγῳ.

CAP. LXVI.

Τῷ τὰ ἀπ' * αὐτῶν] Ms. τὸ ποιεῖν τὰ ἀπ' αὐτῶν.

Ἐπὶ ἢ τὸ ἐξηγεῖσθαι μόνον χολαίσις] Ms. μόνῳ & priora exesa sunt. Tamen hinc patet fuisse ἑπὶ ἢ τῷ ἐξηγεῖσθαι μόνῳ. Sic quoque statim Ms. ἐν τῷ τῷ μόνῳ ἀφελ.

CAP. LXVII.

Ἐνθυμῶ ὁποῖα] Interponit Ms. δέ.

Παρεξίθη τὰ ἑαυτῷ ἔργα] Ms. παρεξίθη τῷ τῷ & omnino melius.

CAP:

CAP. LXVIII.

Προπίθεται] Ms. *προπίθηται*.

Ὡς *καθ' ἑαυτῶν ὁ αἰφείς*] Quid tum erit, si legatur *ὁ σέβεις*, quod sic tantopere commendat Casaubonus? Ms. *καθ' ἑαυτῶν ἐν αὐτῶν αἰφείς*. Immo clare hinc apparet legi oportere *ὡς καθ' ἑαυτῶν ἐν αὐτῶν αἰφείς*. tanquam peccaturus, si vel unum ex illis destituas. Sed & statim rectius *φρονήσις*.

CAP. LXIX.

Ἐν τῇ αἰσκήσῃ *καὶ προσχῆ*] Egregie Ms. *ὡς τέλειον πρῆσῃ, καὶ πρὸς ὁ χρῆ*. Et mox *καὶ ἤδη πᾶρεσιν*. Tum etiam *ἀσεφώνωπον παρέχεται*.

Εἰ καὶ μὴ εἶ Παῦλ^ο] Ms. *εἰ καὶ μὴ ὡς Παῦλ^ο*.

CAP. LXX.

Ὅπως *εὖ καὶ ὅπως φίλον σοι*] Ms. *ὅπως σοι καὶ ὅπως φίλον*.

Καὶ *προσφιλιῆς*] Ms. *plene καὶ θεῶ ἢ προσφιλιῆς*. Male paulo ante editur *ὡς ἕς pro ὅς ἕς*.

Εὐχόμεθα] Ms. *αἰτέμεθα*.

CAP. LXXI.

Συσπιδάζοντα] Imo *συσπιδάσσοντα*, ut Ms. & mox *χωρήσωσι*.

Μὴ φοβεῖσθαι λέγων] Hæc & male duplicantur, & finem harum *ἐπισμνήσεων* plane non decora nec perfecta coronide terminatum eleganter & pie & haud dubie vere replet Ms. hoc modo: *ὁ κύρι^ο, λέγων: μὴ φοβεῖσθε σκοτεινόντων ἢ τεμνόντων τὸ σῶμα. τί^ω δὲ ψυχί^ω μὴ δυναμῶν σκοτεῖναι. Εἴη τὸ ὄνομα κυρίου διλογμηθῶν ὅτι ἔ νῦν καὶ ἕως ἔ αἰῶν^ο τῶν αἰώνων. Ἀμήν*.

F I N I S.

102427

